

**Martialis;**  
**A** Jam serobe, jam lecto, jam pollinore parato;  
 Haeridem scripsi me Numa, convulsi.  
 In pollinore cœna funebri apium, lentem, atque fallugubria  
 fuisse, testatur *Alex. Sardus* 2. de morib. Gentium, ex *Plur.*  
 Mulum ii, qui sumus afferbant, prius in funesta domo  
 bibebant, lib. 1.  
 Igitur Romani sua etiam convivii funebria habuere, partim  
 in ipsa sepultura, partim post illam.  
*Livius lib. 9. Decad. 4.* testatur *P. Licinius* funeris causa vis-  
 cerationem datam, & gladiatores 120. pugnasse, ludosque fu-  
 nebres per triduum factos: post ludos epulum, in quo cum to-  
 to foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis  
 orta coegit, plerisque tabernacula staturere in foro.

Huc alludit & *Tacitus lib. 14. Hist. Augustæ*, loquens de  
 morte *AGRIPPINÆ* *Neronis* matris: Cremata est nocte eadem  
 conviviali lecto, & exequiis vilibus.  
 Huc pertinet, quæ de tali convivio *lib. 3. Eneidos*, scribit  
**Virgilius:**  
 Solemnes tum fortè dapes, & tristia dona  
 Ante urbem in loco falsi Simoentis ad undam  
 Libabat cineri *Andromache*, mansque vocabat.  
 Etecerim, lib. 5.  
 Vinique fundebat pateris, animamque vocabat  
 Achise magni, mansque *Acheronte* remissos,  
 Nec non *Isocrii*, quæcumque est copia, lactis  
 Dona ferunt, onerantque aram, maciantque juvencos.  
 Ordine aliena locant alii, fuscisque per herbas  
 Subjiciunt veribus prunas, & viscera torrent.  
 Alterius sacri Feralis descriptionem habes apud eundem  
 lib. 6. *Eneidos*.  
 Quator hic primùm nigrantes terga juvencos  
 Constitit, frontique invexit vina sacerdos, &c.  
*Statius lib. 5. Theb.* *ARCHEMORI* exequias describit, qui &  
*Tiresiam* inducit feralis factum facere his verbis:  
 Tum fera cæruleis intexit cornua fersis;  
 Ipse manu trahens, notæque in limine sylvæ, &c.  
 Et *Silius Ital. lib. 13.* *Panicorum* *SCIPIONEM* inducit simili-  
 ter patri apud *Avernum* hujusmodi feralis factum peragere *Auto-*  
**Catonæ** *Gryneæ*, *Phœboque* monente.

Fuit quoque apud *ROMANOS* Sacrum, sive Sacrificium No-  
 vendiale, quod ex *Priscorum* instituto factum est pro mortuis  
 nono die post obitum, quo quis sepultus fuisset.  
 Hinc *Apulejus lib. 9.* Jamque nono die ritè completis apud  
 tumulum sollemnibus erat.  
*Horat. in Epod.*  
 Novendiales dissipare pulveres.

Fuere etiam apud *Priscos* feræ Denicales nominatæ, quæ,  
 teste *Festò*, colebantur, cum hominis mortui causa familia pur-  
 gabatur, *Græci* enim *vepæ* mortuum dicunt, quamvis non in-  
 eruditè, à denario numero deriventur. Post nonum enim diem  
 quo tumulo cineres condebantur, decimo peragebantur.  
 Harum feriarum his verbis meminit *Columella*: Nos apud  
 Pontifices legimus, feris tantum Denicalibus multos jungere  
 non licere, cæteris licere.  
 Februa quoque apud *ROMANOS* dicta sunt defunctorum pia-  
 mina, quod *Sabinorum* lingua februa purgamentum signifi-  
 caret: vel, ut alii volunt, à femore, quoniam adolendo, &  
 flammis ferventibus fierent. Unde *Februarius* mensis nomen  
 invenit à *Februando*; eo enim mense populus februebatur, id  
 est, purgabatur. Nam per dies duodecim continuis februa  
 celebrantur, pro defunctorum manibus, hisque diebus pro  
 impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus  
 piaculis, sacrificiisque circa sepulchra accensis facibus, cerei-  
 que intentus erat.

Lemuria quoque, quæ à nonnullis Lemuralia dicuntur,  
*ROMANI* diis inferis instituerunt, ad placandas imprimis *Re-*  
 mi manes, unde & quidem Lemuria, quasi Remuria dicta  
 putavere. Vide *Gyraldum Syntag. 17.* & *Hadrrianum Junium*  
*de annis, & mensibus, &c.*  
 His adde *Exuertas*, quæ sunt purgatio quædam domus, ex  
 qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit *verriatorum*  
 (is fuit, teste *Pompejo*, qui accepta hæreditate iusta facere de-  
 functo debet) certo genere scoparum adhibito, ab extrâ ver-  
 tendo dictas volunt.

In Parentalibus porro, ut docet *Gyraldus*, fabas assumere  
 motis fuit: sicut & in pervigiliis *cicere*, & ad feralis cenas,  
 lentescque, & offas ad sepulchra illorum ferre, quibus parente-  
 jus erat, quæ & feralia à ferendis epulis dicta putantur,  
 teste *Festò*, seu à ferendis pecudibus, quas in defunctorum se-

pulchris pro nuda silice apponchant. In his cenis præter legu-  
 mina, & apium quoque apponi solitum observatum est, quod *E*  
 contra ebrietatem facere existimaretur.

De his feralibus, seu parentalibus, eorumque tenuitate sic  
*Ovidius*.  
 Est honor, & tumulis animas placare paternas,  
 Parvaque in exstruatis munerera ferre pyræ.  
 Parva petunt manus, pietas pro divite grata est,  
 Munere non avidos sibi habet ima Deos.  
 Togula porrectis satis est vallata coronis,  
 Et sparsæ fruges parvaque mica salis.  
 Inque mero mollita Ceres, violæque solute,  
 Hæc habeat media testa relicta via.  
 Et paulo post.

Hanc quia iusta ferunt, dixere feralia lucem,  
 Ultima placandis manibus illa dies.  
 Multi apud *ROMANOS* Testamentum quoque legaverunt epu-  
 lum quotannis ad sepulchrum totis, & variis respersum flori-  
 bus, atque odoribus: pro hæredum facultatibus exhibendum. *F*  
*Laz. lib. 3. de Rep.* hoc genus epuli duobus vetustatis exem-  
 plis confirmat, quorum alterum *Ravennæ*, alterum *Romæ*  
 erutum est.

Ravennæ.

OE MEMORIAM PATRIS SUI: *DEC. VII. COLLEGI*  
*FABR. M. R. HS. S. N. LIBERALITATE DONAVIT,*  
 SUB HAC CONDITIONE, UT QUOTANNIS RO-  
 SAS AD MONUMENTUM EJUS DEFERANT, ET  
 IBI EPULENTUR DUNTAXAT IN V. IDUS JULIAS,  
 QUOD SI NEGLEGERINT, TUNC AD VIII. EJUS-  
 DEM COLLEGI PERTINERE DEBEBIT CONDI-  
 TIONE SUPRADICTA.

Romæ D. M.

*P. CORNELIA ANNIA* NE IN DESOLATA ORBITATE  
 SUPERVIVERET, MISERA VIVAM ULTRO IN HAN-  
 C ARAM CUM VIRO DEF. INCOMPARABILI AM-  
 MORE DIL. DAMNAT. DEDO. CUM QUO VIXI ANN.  
 XX. SINE ULLA DO. LIB. LIBERTATIBUS Q. NO.  
 UT QUOTAN. SUPER ARCAM NO. PLOTONI, ET G.  
 OXORI PROSERPINÆ OMNIBUS Q. SACRIFI-  
 CENT. ROSIS Q. EXORNENT. DE RELIQ. IBI E-  
 PULENTUR.

CHRISTIANOS.

Pete ex Loco de Mortuorum cura, fusc. Etiam quære  
 locum de Funere.

TURCAS.

De *TURCIS* sic scribit *Bartolomæus Georgievizius* in sua Hi-  
 storia, quam scripsit de *Turcarum* moribus, & vite consuetu-  
 dine: Sæpius, inquit, ad monumenta mortuorum cum luctu  
 redeunt, & inferias ciborum monumento superposito, pa-  
 nes, carnes, caseum, ova, lac.  
 Novendialis autem cena more *Ethnicorum* pro anima de-  
 functi devoratur à pauperibus, aut avibus cœli, & fomicibus. Di-  
 cunt enim gratum esse Deo, offerre elemosynam tam brutis  
 animantibus, quam hominibus, eum ob amorem Dei offerunt.

AMERICOS.

De *AMERICENSIBUS* autem hæc literis, memorieque tradita  
 sunt. A prima statim nocte, postquam cadaver defuncti co H  
 quo dictum est ritu terræ fuit mandatum, magnas patinas fa-  
 rinæ, volucrum, piscium, aliorumque ciborum prius bene co-  
 ctorum plenas, unâ cum potu *CAOVIN* dicto, defuncti sepul-  
 chro imponunt, idque more planè diabolico tandiù facere  
 continuant, donec ipsum cadaver putrefactum esse existimât.  
 Id autem faciunt, quia hujusmodi mentis errore sunt imbuti,  
 ut existiment diabolum (quem sua lingua *Ayquam* appellant)  
 nisi alios cibos, quos devoret, ibi præsentis habeat, ipsum ca-  
 daver effossum rursus, atque devoraturum esse.

\* SEPULTURA FIDELIBUS ADHIBITA.

Ac primùm

IN LEGE NATURE.

*ADAMUM*, ejusque filios, à quibus propagatum est humanum  
 genus, postquam vita fuissent defuncti, sepultura honore affe-  
 ctus, ut ita juxta primævæ sententiæ comminationem reverte-  
 rentur in terram, de qua sumpti erant, quamvis Scriptura ejus  
 rei non meminerit, intelligere promptum est, ex eo quod pos-  
 teriorum ita circa defunctos fecerint à natura ipsa edocti.  
 Cum & ipsi Gentiles sepultura carentiam tanquam probro-  
 fam existimaverint, ut hæc ratione non interire, sed reservari  
 corpora suorum profiterentur ad revivificationem. De *Adam*  
 certè

certè traditio est, sepultum eam in Hebron. Tradit autem *Ja-*  
**A** cobus *Edephenus* magister *S. Ephrem* apud *Barcephala*, lib. 1.  
*cap. 14.* quod *Noë* ossa *Adami* in arcam religiose fuisse perit, &  
 post diluvium illa inter filios suos distribuerit. Semque, quem  
 antecesserat cæteris, *calvariam Adæ* dederit, & cum ea *Juda-*  
 am. Tanta Patribus fuit cura, honoreque sepulchri, ob anima-  
 rum immortalitatem, quam certa fide, & spe sibi proponebat.  
 Hinc communis Patrum sententia est, cranium *ADÆ* sepul-  
 tum esse in monte *Calvarie*, ut ibi *Christi* crucifixi sanguine  
 rigaretur, ablueretur, vivificaretur.

Sed audi *Tertull. lib. 2. Carmin. contra Marcion. c. 4.*  
*Golgotha* locus est, capitis *Calvaria* quondam;  
 Hic medium terræ est, hic est victoria signum.  
 Os magnum hic veteres nostri docuere reperit.  
 Hic hominem primùm suscepimus esse sepultum.  
 Hic patitur *Christus*, pro sanguine terra madescit.  
 Pulvis *Adæ* ut possit veteris, cum sanguine *Christi*  
 Commixtus, stillantis aque virtute lavari.

*ABRAHAM* mortua *SARA* enebat ab *Ephrone* agrum cum  
 duplici sepelunca, *Genes. 23.* ut in ea uxorem sepeliret, dicebat  
 enim: *Advena sum*, & peregrinus apud vos. Date mihi jus se-  
 pulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum. Respondere-  
 runt filii *Heth*, dicentes: In electis sepulchris nostris sepeli  
 mortuum tuum: sicut noluit *Abraham* cum *Hethis* utpotè *Ido-*  
 lolanis committere, idemque appendit pecuniam pro sepelunca,  
 in qua sepeliret *Saram*. *Genes. 23. v. 17.* & 18. Unde apparet,  
 quanta fuerit cura sepulchri præcipue patris, non cuiusvis, sed  
 facti, & vellet in proprio loco fidelium.

*Cap. deinde 25.* *ABRAHAM* mortuum sepelierunt in eadem  
 sepelunca, *ISAAC*, & *ISMAEL. vers. 9.*  
*RACHELEM* mortuum tumularunt in via, quæ à *Jerusalem*  
 ducebatur *Ephratam. Gen. 35.* Quomodo *ESAU*, & *JACOB* pa-  
 trem suum *Isaac. ibid.*

Etiam *JOSEPH* ex *Ægypto* profectus legitur, *Genes. 50.* ut  
 patrem suum *Jacob* sepeliret in terra *Chanaan*, eumque comi-  
 tati fuerunt omnes *senes* domus *Pharaonis*, &c.  
 Quin & ipse *JOSEPH* mortuus conditus aoromabius, in lo-  
 culo repositus, mansit in *Ægypto*, donec posterius illius ossa  
 asportarent ad terram *Chanaan*, ne committerentur cadaveri-  
 bus *Ægyptiorum. Gen. 50.*

IN LEGE MOSAICA.

**C** *MARIA* soror *Moyfis* mortua est in *Cades*, & ibidem se-  
 pulata. *Num. cap. 1.* Quomodo *Aaron* in *Hor* mortuus, & tu-  
 mulatus. *Deut. 10.*

*DEUS* etiam iussit, ut malefactorum, qui merito suspendio,  
 aut alio supplicio ob noxas afficerentur, sepelirentur eadem  
 die. Idque quod corpori debeatur sepultura, & ut hæc ratio-  
 ne facinorosorum memoria deleteret de terra. Fuit autem  
 ea lex *Judicialis*, idemque abrogata in nova lege.

*DEUS* mortuum *MOYSEM* sepelivit manibus Angelorum  
 in Valle *Terræ* *Moab* contra *Phogor*, & non cognovit homo  
 sepulchrum ejus. *Deut. 34.*

*JEPHTHE* *Judex* populi *Hebræorum* sepultus legitur in civi-  
 tate sua *Galaad. Judic. 12.* Ita & *Samuel. 1. Reg. 25.* *Saulis* cada-  
 ver *ibid. 31.* *Aheli. 2. Reg. 2.* *David Rex. 3. Reg. 2.* *Banias. ibid.*  
*vers. 31.* & *34.* *Salomon. ibid. c. 11. in fine.* *Propheta* *inobedi-*  
*ens. c. 13. vers. 30.* *31.* *Elifas Propheta. 4. Reg. 13.* *Joadæ. 2.*  
*Paral. c. 24.* *Johias. ibid. c. 35. vers. 24.* Vide infra de Se-  
 pulchre merito.

IN LEGE EVANGELICA.

Decollato jussu *Herodis JOANNE* *Baptista*, venerunt *Discip-*  
**D** *PULI* ejus, & tulerunt corpus, & sepelierunt illud. *Mat. c. 14.*  
*Jesus*, in civitatem *Naim* eunti, occurrunt, qui esserent  
 mortuum filium unicum matris suæ.

*JOSEPH* ab *Arimathia* petiit à *Pilato* corpus *Jesus*, & acce-  
 pit non involvit in sindone munda, & posuit in monumento  
 suo novo, quod exciderat in petra, quod quidem monumen-  
 tum erat in horto propè locum, ubi fuerat crucifixus. *Mat. 27.*  
*vers. 60.* & 61.

Etiam *LAZARIUS* jam quatuor diebus fuerat sepultus, dum  
 adducunt *Christum*, qui eum resuscitavit.  
 Et mansit deinde apud *Christianos* honor sepultura, sic ut  
 non absque summo opprobrio, & erimis atrocis suspitione,  
 aut perpetratione, velut in poemam denegeret sepultura, quod  
 etiam olim obtinuit apud *Ethnicos*, & *Judæos*. Hinc inter  
 alias penas, quibus se *Deus* vindicavit de *impia Jezebele*, una  
 etiam fuit, quod canes comederent *Jezebel* in agro *Jezael*  
 juxta verbum *Elie. 3. Reg. 21.*

Eodem modo per *Jeremiam* *DEUS* comminatur *Jojacim* *Re-*  
**gi** *Juda*, sepultura alini sepelietur, putrefactus, & projectus *E*  
 extrâ portas *Jerusalem*, *cap. 12.* *Jerem. ver. 19.* quod *Cicero*  
 dixit insepulta sepultura esset, qui enim nullo inferuntur tu-  
 mulo, sed cadavera eorum proiciuntur in agrum, aut cam-  
 pum inter cadavera, & *calvarias* bestiarum, dicuntur sepe-  
 liri sepultura avari.

APUD ETHNICOS.

*SEPULTURA* licet nihil addat supremæ defunctorum felici-  
 tati nisi per accidens, ut infra tangemus; tamen magna apud  
 omnes gentes illius religio fuit, sic ut violatores sepul-  
 chrorum gravi supplicio afficerentur. *Tit. de relig. & sumpt.*  
*fun. tit. C. de sepulchro violato.*

Apud *ATHENIENSES* tanta fuit cura sepultura, ut si quis *Dux*  
 in bello peremptus terra mandare neglexisset, capite ple-  
 deretur.

Erat sanè ea cura *Ovidio* in *Sythiam* relegato, ne ossa sua  
 manerent insepulta. Ita enim ad uxorem scribit. *lib. 1. Trist.*  
 Ossa tamen facito parva referantur in urna,  
 Sic ego non etiam mortuus exulor.

Aque ea pulveribus, & amomi pulvere misce,  
 Atque suburbano condita pone loco.

*Hinc* *Pyramides*, *Mausolea* monumenta, de quibus suo loco.  
*HERACLITUS* *Philosophus*, qui omnium rerum principium  
 ignem æstimabat, volebat in igne corpora defunctorum col-  
 locari, ut ad suum redirent principium. Interim volebat ma-  
 nere aeri exposita. Et *ANTONINUS* *Cæsar* modum comburendi  
 cadavera sustulit *Romæ*.

*TALES* *MILESIUS* terræ ea mandari volebat, ut ita in aquam  
 resolverentur, tanquam principium.

*Xenophon* in *Cyropedia* introducit *CYRUM* ita ad servos per-  
 orantem in puncto mortis: Mei pueri, cum discessero, nolite  
 neque in auro, neque in argento, neque in alio aliquo lapide  
 me collocare, sed terræ statim reddite, quid enim beatus, quæ  
 terræ commiserit, quæ tot pulchra nutrit, & parturit?

Idem, ut refert *Theocritus*, *GRÆCI* nominantur sua sepulchra  
*Eria*, quod nomen in puncto derivatum est de terra, quam ipsi  
 nominabant *Era*. Inter illos, qui terram pro sepultura peti-  
 tuere, diversissima fuere opiniones. Alii namque volvere  
 sepeliri in urbe, alii extrâ urbem, in campo. Hii iterum dice-  
 rant, alii nempe campum nullum sterilem elegere, alii volere  
 desertam solitudinem, illorum alii in publico foro, alii in  
 templis sepeliri volebant. De quibus vide *Innocentium Cybum*  
*de sepulchris, Dial. 2. p. 35. 36.*

NON ADHIBITA, NEGLECTA, &c.

Pleraque vide in Loco Cadaveris, J. 3. Theatri bujar.

*LITHOPHAGI* defunctos suos in mare abjecere: alii gentes  
 aliter circa eisdem se habuere, ut ex Loco allegato colligere est.

*DIOGENES* *Cynicus* inhumatus proiici volebat, baculum si-  
 bi dari, quo vultures abigeret. Dicentibus amicis, illum fore  
 insensibilem; Quid ergo oberit; replicabat, lanatus seræ  
 mortui nihil sentienti? *Plutar. Cicero. 1. Tuscul.*

*TIMON* *Atheniensis* omnium hominum osor etiam suis ipsius  
 exitit, cumque immatura morte eripi videret, voluit in ma-  
 re deici, ne homines ipsius corpus, aut ossa viderent, sed ab  
 undis absorberetur. *Plutar.*

*Tyrannorum*, & *Proditorum* corpora olim jacere insepul-  
 ta. Exemplo est *PAUSANIAS* *Dux* *Lacedæmoniorum*; *Aristo-*  
*crates* *Rex* *Arcadiæ*, *Tiberius*, & *Cæsar* *Græchus*, & *Q.*  
*Fulvius*. *Romani* ter centum milites, qui illorum caput *Ba-*  
*belium* interfecerant, arrepto senatus sepultura ordinaria pri-  
 vati. Et *Impp. Vitellius*, *Heliogabalus*, *Maximus*, & alii, qui *H*  
 bus unda præstitit tumulum. Et *Nestor* dicit apud *Home-*  
*rum*, quod si *Menelaus* potuisset illaqueare tyrannum *Ægi-*  
*stum*, privasset eum funeralibus, & sepultura. *Homerus. Odiss.*  
*13.* *Plutarchus* in lib. de Honor. *Appian. lib. 2. bell. civil. Que,*  
*inquit Plutarchus*, est poena tyrannorum, & malevolorum.  
 Quæ poena simpliciter infligitur pro punitione corporis, verum  
 principiter pro castigatione animarum, quas indignas  
 judicabant quiete aliqua potiri. Credebant enim firmeter,  
 quod illorum animæ hincinde perpetuò vagarentur, donec ter-  
 ræ, & sepultura mandarentur.

Quæritum aliquando fuit, an mandanti corpus suum insepul-  
 tum relinqui, sit parendum? & opinio certa est non esse,  
*per 1. 27. ibi.* Quidam in suo testamento hæredem scripsit sub  
 conditione, Si reliquias ejus in mare abiciat: quæretur  
 cum hæres institutus conditionis non parisset, an expellen-  
 dus esset ab hæreditate? *Modestinus* respondit, Laudandus est  
 magis

magis quam accusandus haeres, qui reliquias testatoris non in mare secundum ipsius voluntatem abiecit, sed memoria humane conditionis sepultura tradidit.

Sane sepultura actionem pium opus esse omnibus concessum, testatur Paulinus in Attici Ammianus Marcellinus 31. Auctor Dialogi, qui Palinurus inscribitur, tradit, Charontem insepultos ultra Acherontem fluvium minime trahere. Hinc laudi datum Herculi, quod hostium cadavera sepeliri primus permisit. Elian. 12. de varia. Hist. proinde merito delectandi, qui sepulcrum contemnunt, quales apud Veteres DIOGENES, & DEMOSTHENES, teste Stobaeo, & Luciano.

QUIBUS IMPENSA.

Ut puta HOMINIBUS. De quibus hoc Loco satis multa, uti & Loco de Cadaveris. BESTIIS. Narrat Diodorus de quodam, qui in sola animalium irrationalium sepultura impendit centum talenta diversis vicibus. QUI SEPULTI. Aequo honorifice.

Nulli non competunt quanta pompa OIMON Atheniensis sepeliret in proprio sepulchro vicino equos suos, quibuscum trina vicer in ludis Olympicis victor evaserat. Magnus item ALEXANDER sepelivit famulum suum Caballum Bucephalum, altiori, & majori pompa, quam quod dolore cum mori viderat; & ex amore in illum edificavit in India ad flumen Idaspem, ubi mortuus conderat, urbem nomine ejus insignitum, Bucephalam. Illud & de AUGUSTO Cesare, ANTONINO VERO, NERONE, CALIGULA, ADRIANO, COMMODO, & quam multis aliis legitur.

SORTITUS est & Epitaphium equus STEPHANI Regis Poloniae Vilnae in Lithuania.

VERUS Antonium equo, cui Volucer nomen aureum simulacrum fecit, quod fecit portabat, cui quidem passas uvas, & nucleos in vicem hordei in praesepe ponebat, & quem sagis fuco tinctis cooperatum in Tyberiana ad se adduci jubebat, eideoque mortuo sepulchrum in Vaticano fecit. Teste Capitulo in ipsius vita.

HADRIANUS Caesar Borytheni equo mortuo monumentum edificavit, erexitque columnam inscripto Epigrammate ex Dione, & Spartiano in illius vita. Plinius lib. 8. c. 42. Fecit, inquit, & C. AUGUSTUS equo tumulum, in quo Germanic. carmen est. Et AGRICENTUS complures equorum tumuli Pyramides habentur.

Narrat Paulinus in Loco. 3. super equi monumentum Proceres Graecos juramentum cepisse se vindicatos Helena raptum.

CANIBUS IMPENSA SEPULTURA.

Quanta impensa columnarum de porphyrite tumulavit POLLACUS, delectissimum suum canem, ornando eum bellissimo Epitaphio?

PERSAE, & PARTH, & AGRICENTINI pro universalis confuctio more sepelirent suos caballos: & Molossi suos canes. Teste Rhodigino in Antiq. Lect. 5. lib. 13. Statius Poeta.

Gemit inter bella parentum Paribus equum, fidosque canes severo Molossi, Et volucres habuere rogam, cervosque Maronis.

Stroza filius. Suos de morte Molossa vetusto Condit terra canes, cineres nec laedit operios.

AVIBUS.

LUCIDIUS Philosphus magno honore sepelire fecit mortuum suum pavonem. Quanto cum concursu applausit Pop. Rom. in funere corvi, qui omnes Senatores, & Patricios ad unum nominatim appellare solebat.

Quis nescit quanta impensa sepeliret MARS Rex Aegypti columbam suam nuntiam, ita edoctam, ut hinc inde sub alias literas portaret?

ROMAE in via Appia, ut Plinius testatur lib. 12. sepulchrum fuit corvi avis, qui duorum Aethiopum humeris elatus sit, praecedente tibicine, & praetatis coronis omnium generum.

Anser quoque LACIDI Philospho ita adhaesit ferret, ut nec domi, neque foris ab eo discedere daretur, quem elatum funere effusus lacrymis sepelivit.

Consulat Lector Locum Epitaphiorum, ex quo praesens Argumentum poterit illustrari.

DE SEPULTURA ECCLESIASTICA. EJUSQUE RITU, CEREMONIIS, MERITO.

Dicitur Sepultura Ecclesiastica, quando cadaver tumulatur in loco ad sepulcrum ab Ecclesia deputato, & benedictio, idque adhibitis certis ritibus, ceremoniis, precibus, quae ad solatum proficit vivorum, & ad memoriam, ac utilitatem conducant defunctorum. Neque enim ob id Christiani defunctos sepeliendos censent, quod cum Ethnicis necessariam sepulcrum arbitrentur, ut animae quiescant, juxta fabulas Virgilii Aeneid. neque idcirco ritus adhibent, quasi inesse iis post mortem sensum aliquem putent, sed ob multas commoditates, quae exinde proveniunt tam ad viventes, quam ad ipsos defunctos, quas enumerat Cav. Bellarm. lib. de Purgatorio, cap. 19. & nos infra ex illo.

RITUS SEPULTURAE ANTIQUI.

SEPULTURAM esse rem antiquam, & utilem, facile ex illius usu antiquo in Ecclesia deprehendi potest. Primum namque priusquam terra corpora mandentur, lavantur: Fiebat id etiam olim, ut patet Ad. 9. de Tabitha. & apud Gregorium lib. 3. Dialog. cap. 17. & lib. 4. c. 16. & 27.

SECUNDO, corpora eum honore, & multitudine comitantur deferuntur ad sepulchrum. Ita legitimus factum olim Genes. 50. & Luc. 7. & apud Gregor. Nazianz. orat. in Julianum. Sulpitium in vita S. Martini. Hieron. in vita S. Fabiola, S. Paulae, & aliorum.

TERCIO, corpora fidelium in templis, & locis sacris sepeluntur, ita olim Jacob, & Joseph Patriarchae in Aegypto mortui, in terra Promissionis sepeliri voluerunt, unde Christus erat natus, ubi templum Domini futurum erat. Genes. 49. & 50. Deinde temporibus Christianorum corpora fidelium in templis sepulta fuisse testantur Ambrosius lib. 1. de Avraham, c. 9. Hieronymus in vita Paulae viduae, & S. Fabiola, Greg. lib. 3. Dial. cap. 13. & Augustinus lib. de cura pro mortuis, c. 1.

QUARTO, corpora fidelium cum hymnorum, & psalmodiarum cantu sepelienda, testatur Greg. Nazianz. orat. 2. in Julianum. Chrosost. homil. 4. in epist. ad Hebr. Hieron. in vita S. Pauli Eremitae, & S. Paulae viduae, & S. Fabiola. Sulpitius in vita S. Martini, & Dionysius Areopag. c. 7. de Ecclesiastica hierar.

QUINTO, ad funus fidelium lampades, & cerei accendi adhibebantur, ut nunc etiam fit. Nylsenus epist. ad Olympiam de G. obitu sororis. Nazianz. Chrosost. locis notatis. Hieron. in vita Paulae, & Theodoretus lib. 5. hist. c. 36. & alii.

SEXTO, sacrificium altaris pro eis offertur, ita & olim, testibus Tertulliano lib. de corona militis. Cypriano libro 1. epist. 9. August. 1. g. Confess. cap. 12. Ambrosio orat. de Valentini obitu, & alii.

SEPTIMO, non solum cum sepeliuntur, sed etiam die anniversaria pro defunctis offertur, & oratur, teste Tertull. in lib. de Monogamia, & Greg. Naz. orat. in Caesarium fratrem.

OCTAVO, non solum die anniversaria, sed etiam die 3. 7. & 30. ut est apud Ambrosium orat. de obitu Theodori in initio, quod etiam nunc servatur.

NONO, eriguntur tituli, idem olim Gen. 35. Ad. 21. Machab. 23.

DECIMO, dantur elemosinae pauperibus, idem olim Chrosost. hom. 32. in Math.

UTILITAS, ET SOLATIA VIVORUM.

QUADRUPLEX per sepulcrum utilitas ad viventes pervenit. PRIMO, quod per sepulcrum arceatur factor, & horor cadaverum, quae non parum vivis nocent.

SECUNDO, quod eo studio testantur vivi fidem resurrectionis, immortalitatis animarum; non enim tam diligenter corpora mortuorum curantur, nisi putarentur, ac resurrectura. Neque cereos accendunt, nisi animos vivere post mortem corporum significare vellemus.

TERCIO, quod admonetur propriae mortis, unde etiam utilitas defunctorum monumenta dicuntur.

QUARTO, quod ex eo officio satisfaciant vivi aliquo modo affectui suo, quo mortuos prosequantur; si enim vestes, & annulos amicorum bene collocantur, certum multo magis corpora, & hoc est, quod S. Augustinus dicit, cum ait, sepulcrum pompam solatia esse vivorum.

MORTUORUM.

PORRO, mortuus sepultura, alia quadruplex accedit utilitas. PRIMA, quod consulitur honori eorum, adhibe in hominum memoriis viventium, non enim caret ignominia quada, quod seditas nostris corporis aliorum conspectibus pateat, quocirca non levis poena iudicatur, eum qui a iudice privatur sepultura, & jubetur in patibulo, aut rota pendens esse avium etc.

SECUNDA, quo satisfacit desiderio eorum, quod dum viventes habuerunt; nemo enim est, quicarnem suam otio habeat, ut dicitur Ephef. 5. & ideo quique dum vivit, cupit etiam post mortem corpus suum honeste tractari; immo credibile est animos corpore solutos, cupere, ut corpora eorum honeste habeantur, sicut etiam cupiunt ad ea reverti, ut docet S. August. lib. 12. de Geni. ad literam, c. 35. atque hinc videmus Prophetam inobedienti datum in poenam, ut non sepeliretur cum patribus suis. 3. Reg. 13.

TERCIA utilitas nascitur ex eo, quod a multis deducuntur ad sepulchrum; hinc enim per accidens fit, ut multis pro eis oretur.

QUARTA ex eo fuit, quod in templis Sanctorum sepulchrum habent; inde enim fit, ut eorum amici, cum eorum recordantur, simul etiam recordentur ejus Sancti, in cujus templo sepulti sunt, & frequenter ejus patrocinio eos commendent. Hanc utilitatem patet B. Augustin. lib. de cura pro mortuis c. 4. & 5. B. Greg. lib. 4. Dialog. c. 50.

Plura de his ex professo dicuntur in Loco de Mortuis. Titulo particulari. Item in Loco de Funere, & Cadavere.

EXEMPLA EORUM, QUI RITUS, ET CEREMONIAS ADHIBUERUNT.

S. PAULA vidua nobilissima Romana, ut audivit sponsum vocantem ad mortem: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quoniam ecce hyems transiit, & recessit, pluvia abijt sibi lata respondit: Flores vili sunt in terra, tempus seclionis advenit. Et: Credo videre bona Domini in terra viventium: Ex hinc non ululatus, non plandus, ut inter saeculi homines fieri solent, sed psalmodium linguis diversis examina conerebant; translataque Episcoporum manibus, & cervicem feretro subficientibus, cum aliis Pontificis lampades, cereosque praerent, alii choros psallentium ducebant, in media Ecclesia spelunca Salvatoris est posita. Totum ad funus ejus Palatinarum urbium turba convenit. Quam virginum cubiculorum secreta terebant: Sacrilegii putabant, qui non tali foeminae ultimum praeritit officium. Viduae, & pauperes, in exemplum Doreadis, vestes ab ea praebitas ostendebant. Omnis inopum multitudo matrem, & nutriciam se perdidisse clamabat. Quodque mirum fit, nihil pallor mutaverat faciem: sed ita dignitas quaedam, & gravitas ora compleverat: ut eam putares non mortuam, sed dormientem. Hebraeo, Graeco, Latino, Syroque sermone psalms in ordine personabant: non solum triduo, donec & subter Ecclesiam, & juxta specum Domini conderetur; sed per omnem hebdomadam, cunctis, qui venerant, visum funus, & propriae lacrymas credentibus Venerabilis virgo filia ejus Eustochium, quasi ablaeta super matrem suam, abstrahi a parente non poterat: deoculari oculos, haerere vultui, totum corpus amplexari, & se cum matre velle sepeliri. D. Hieron. in vita S. Paulae Nobiliss. Romanae, epist. 27.

Cum in hac pia, & Angelica vita resullisset in terra Dei servus, & vir venerandus PARTHENIUS Episcopus, & multos convertisset a simulacris ad Deum vivum, perinde ac morbo arreptus, a Deo vocatus requievit in pace. Prædictus ergo HYPATIANUS Episcopus, cum audisset in clytium, & venerandum patrem nostrum Parthenium ad Christum migrasse, relictis omnibus, quae habebat in manibus, solvens ex civitate D. Haeleca, secundo vento, cum Deus jusisset, eadem nocte pervenit Lampfacum. Similiter etiam Cypri Episcopus, & Episc. Meliti, in qua fuerat natus: & Parri Episcopus nomine Eustathius, & reliqui ex civitatibus, quae erant circumcirca. Sicque cum psalmis, & hymnis, & spiritualibus canticis deposuerunt cum propè Ecclesiam in oratorio, quod ipse edificavit. Ex Metaph. Sarius 7. Feb. tom. 1.

Dum magnus ille DANIEL Stylites extremum ageret spiritum, aderat Antistes Episcoporum (S. erat Euphemius) cum aliis ad emigrationem animae ejus. Aderat & RAIS mulier fidelissima; & vir quidam, qui possidebatur a demone, ac pergebatur ad columnam: qui ad sanctorem, & sanctum adventum clamando, apertè significabat, & eos suis appellabat nominibus; & iporum, ut qui convenissent, moninebat Angelorum. Deinde adiecit ab ore, ut tertia hora ejus diei Daniel excedat ad Dominum, & à diuturna habitatione immundus appellatur spiritus: quae utraque suo tempore evenerunt. Quae autem prius dicta est, RAIS magnificè parabat ea, quae pertinebant ad sepulcrum: & cum multis adduxisset artifices, & jusisset fieri tumulum in inferiori parte columnae, & usque ad fastigium, statuit ex utraque parte tumuli homines, qui facerent, & lam-

pades tenerent in manibus, & ea canerent, quae cani solent in decessu. Cumque illa corpus infra detulisset, in plumbico E ponit loculo: In hoc quoque servans magni Danielis testamentum. Ille enim mandavit discipulis: Seu Imperatores, seu Reges, seu denique ulli alii se invicem superare contendant in loculi sumptu, & magnificentia, nolite suscipere; sed & illic, & sic corpus deponi finite, ubi, & quomodo voluerit RAIS fidelissima. Haec ergo peracta sunt, & expulsus est immundus daemon, cum multum hominem discepisset.

Cum S. BAVO spiritum de hujus facis luto afflasset, translatum fuit ejus funus sacerdotum Christi in manibus ad Ecclesiam Beati Petri Apostoli. Expletis autem, quae necessaria erant funeri, cum lampadibus, & cereis, & psallentium choris in locum agonis sui, hoc est, in reclusionis cellulam reportatur, ibique ex officio sancti Episcopi Amandi sepelitur, non ad jejunandum, sed pane Angelorum satandum: non ad stitendum, sed fonte vivo potandum: non ad plorandum, sed Evangelico risu ridendum: ad nullam prorsus hujus corruptionis afflictionem sustinendam, sed ad perpetuam consolationis stolam percipiendam. In vita ejus per Theodoricum Abb. S. Trudon. cap. 24. apud Sur. tom. 5. Ob. 1.

S. GALLUS Arvernorum Archiepiscopus, & postea Episcopus, cernens ad tumulum S. Amabilis Presbyteri multa fieri miracula, omnemque ejus beneficiis gratulari, ingentes Domino gratias egit, qui civis Arvernensis tanto Patrono munisset: aequissimumque sentiens, ut corpus ejus sacrum loco honoratiori tumularetur, rem totam quibusdam amicis, & religiosus hominibus communicavit. Illestantur omnes, hortantur, ut id faciat. Edificavit ergo in prima templi fronte in ejus honorem egregii operis testudinem, & sub ea altare: eoque transtulit solemniter sacrum corpus illius, psallente clero, populoque cereos, & lampades gestante. In vita S. Amabilis, cap. 12. Surd. tom. 5. Ob. 19.

An. Dom. 1062. cum fames intolerabilis FLANDRIAS premeret, grandisque multitudo hominum panis querendi gratia conflueret Aldemburgum, reperit ibi quidam prima luce, qui sub dio de nocte fames, (ut creditum est) perierat: qui dum sepeliretur, prohibuit sacerdos GODOBERTUS, ne pulsarentur campanae, eo quod homo esset ignotus, sed ecce ibi stupentibus cunctis, qui aderant, prodigio per se aera illa (mirum dictu) personuerunt. Jac. Myerus 13. Ann. Flandric. An. Dom. 1062. Vide nonnulla de Sepultura Religiosa quoad habitum sepulti, in Loco de Religione. Tit. Vestitus Religiosus. Item in Loco de mortuis.

DEDUCTIO HONORIFICA AD SEPULCHRUM

Quere Honor, & Funus.

\* SEPULTURAE LOCUS. Vide COEMETERIUM. EX S. SCRIPTURA.

Noluit Jacob sepeliri cum malis hominibus in Aegypto, sed adjuravit Joseph, ut eum mortuum ad Patrum suorum sepulcrum deferret. Hoc ipsum repetit post benedictionem filiorum instante morte sua. Quod Joseph sollicitus adimplevit. Genes. 47. & 48.

Sepultus fuit DOMINUS per Joseph, & Nicodemum in sepulchro novè exciso in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat. Matt. 27. Marc. 16. Luc. 23. Joan. 19.

HISTORICA.

Cum in quodam monasterio Britannia, cui praerat sanctissima Abbatisa EDILBURGA, grassaretur pestis, & passim quotidie multi raperentur ad Dominum; sollicita mater congregationis qua hora etiam monasterii partem, qua ancillarum Dei caetera à vivorum erat secreta contubernio, eadem plaga tangeret, crebrius in conventu fororum perquirere cepit, quo loco in monasterio corpora sua poni, & coemeterium fieri vellet, cum ea eodem quo caeteros exterminio separari e mundo contingeret. Cumque nihil certi responsi, tamen si saepius inquirens, e fororibus accepisset accepit ipsa cum omnibus certissimum supernae provisionis responsum. Cui enim nocte quadam expletis matutinae laudis psalmodiis, egressa de Oratorio famula Christi ad sepulchra fratrum, quae eas hac luce praecedebant solitas Domino laudes decantarent, ecce subitò lux emissa caelitus, veluti linteam magnum venit super omnes, tanquam eas stupore percute, ut etiam canticum, quod canebant, tremelaetae intermitterent. Ipse autem splendore missae lucis, in cujus comparatione Sol meridianus videri posset obcurus, non

non modo post ille elevatus de loco in meridianam monasterii partem, hoc est, ad occidentem oratorii fecerit, ibique aliquamdiu moratus, & ea loca operiens, sic videntibus cunctis, ad calicem alta subduxit, ut nulli esset dubium, quin ipsa lux, que animas famularum Christi esset ductura, vel susceptura in cælis, etiam corporibus earum locum, in quo requiescitur, & diem resurrectionis esset expectatura monstraret. Cujus radius lucis tantus exiit, ut quidam de fratribus senior, qui ipsa hora in oratorio eorum cum alio juniore positus fuerat, referret, quod manē ingressi per rimas ostiorum, vel fenestrarum radii lucis omnem diurni luminis viderentur superare fulgorem.

*Beda lib. 4. Hist. Angl. c. 7. apud Baron. tom. 8. Anno Dom. 681.*  
*Divus Gregorius episc. ad Messalinum Episcopus sic scribit:* Secundum nostrum institutum noveris nos illicitam antiquam consuetudinem à nostra Ecclesia omnino vetuisse, nec cuiquam assensum præbere, ut loca humani corporis pretio possit adipisci. Nam si Gentiles (ut arbitramur) viri Sichimitæ Abrahæ pro Sara mortua, atque in loco proprio humana, sepulturam gratis obtulerunt, & vix magna ejus importunitate coacti sunt, B ut pretium de loco sepultura perciperent: nos, qui Episcopi dicimur, de humanis fidelium corporibus pensâ quid facere debeamus. Hoc ergo fraternitatis vestræ iudicio committimus. *Ex Gregor. Mag. lib. 7. epist. Baron. tom. 8. An. Dom. 618. 9.*

Nec hic prætereundum, quomodo S. GREGORIUS Turonensis Episcopus consuetam sibi humilitatem etiam in ipsa sepultura sua servaverit. Nam in tali loco se sepeliri fecit, ubi semper omnium pedibus conculcaretur, & ipsa loci necessitas cogere, ne unquam in aliqua reverentia haberi posset. Sed grex B. Martini talia non ferens, amicum domini sui de loco levavit, & edito sepulchro Mausoleo ad lavam sancti sepulchri digna reverentia collocavit. *Surd. in vita ejus, cap. 23. Novemb. 17. tom. 6.*

MONICA D. Augustini mater, est vehementer cupierat viro suo Patricio, cum quo concorditer vixerat, in morte quoque sociari, & in eo, quod sibi iuxta illius tumbam construxerat, sepulchro recondi: tamen postquam in peregrinatione Italice Officiæ agrotare cepit, filio ubicunque vellet corpus suum locare iussit. Sed & paulo antè quam agrotaret, quærentibus ab ea amicis. Utrum non timeret in peregrino solo corpus relinquere? nihil inquit, longè est Deo neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine seculi, unde me resuscitet. *Testis ipse D. August. lib. 9. Confess. c. 11.*

LOCUS NEGATUS.

Templum extruxerat GUILLELMUS Angliæ Rex, & Normannia Dux, aliena in arca, nec perolverat pretium Domino, qui egens, cum Guilelmo fato sanctus in templum illud deferretur, pompam funebrem, ceteraque procerum nihil veritus, in medium prosequendum regium sursum celebratam, mirantibus cunctis, satine sanis esset, se intulit ita clamitans: Qui regna oppressit armis, me quoque metu mortis hætenus oppressit. Ego injuria superstes, pacem mortuo non dabo. In quem effertis istum hominem locum, meus est. In alienum solum inferendi mortui jus nemini esse defendendo, sin extincto tandem indignitatis autore vivit adhuc vis, Rhallonem conditorum, parentemque gentis (Northmannicæ) appello, qui legibus ab se datis, quam cuiusquam injuria, plus unus potest polletque. Simul incendium, incertum forte, an fraude humana ortum, latè domos propinquas, ædesque sacras depascit. Undique ad extinguendam ferventem flammam concurrunt, circa regium cadaver fit solitudo. Velut manifesta numinis ira terribis Henricus, regis mortui filius, qui solus procerum divelli à ferro non potuit, rem præsentem pecunia luit fundi Domino. Ita manes patris fraude, noxaque liberati. *P. Emil. Hist. de reb. gestis Francorum, lib. 3. ad finem.*

SEPTULURAM ECCLESIASTICAM

IMPIIS NON PRODESSE.

SACERDOS quidam majoris Ecclesiæ custos impudicus, Iuxuriz, & ebrietatis deditus, nondum completo anno de hoc seculo migravit. Cujus corpore in cæterorum sepulchro Barathro sacerdotum, ut ejus punctio cunctis innotesceret ad exemplum, subsequenti nocte tantus in Ecclesia, ejusque cæmeteris fuit strepitus, quod rumore nimio in urbe illa commorantes excitati, pavore ingenti velut amentes in Ecclesiam concurrerunt. Stant itaque omnes circa Ecclesiam, strepitus vehementes, campanarumque sonitus audientes. Divinam quidem exorant clementiam, quatenus curi illa stant, debeat revelare: sed nullum exauditionis sentiunt adjuvamen. Diluculo hoc cessante,

cuncta, quæ fuerant in Ecclesia reperiuntur revolata, & quasi undique flammis ignem violata. Ad hoc memoratus Pontifex preces indicens populo, quid sequenti eveniat nocte, præcipit expectari, Ne nimis succumbam verbis, sequenti nocte duplex strepitus, & pavoris tribulatio est secuta. Quæ de re repletus populus amaritudine, & dolore, cernens nullum sibi à Domino adiutorium evenire sicut vulnere, qui in monumentis projecti dormiunt, exitebant. Die autem elucescente, omnibus in Ecclesia orationibus congregatis, gloriosus Hieronymus subito septies sole splendidior in Ecclesiam veniens, ad altareque gradens, cunctis videntibus, & mirantibus, per horam forte sub silentio manens, obstupenti populo, hoc propter sacerdotis illius miserum cadaver sacris indignè locis conditum, ad spectantium terrorem contigit: intimavit: eisdemque mandans, ut cadaver miserum tartareis post resurrectionem omnium mansionibus deputandum, dissepulchrum, flammis traderent protinus concremandum. Alioquin incepta pestilentia non abiret. Et sic ab intentione oculis est irivisus. Quod ut ordinaverit, latibundus populus protinus adimplevit, Deo, & B. Hieronymo laudes præcipuas persolvendo. Et sic pestis illa cessavit. Qui deinceps B. Hieronymum omnes unanimiter devotione maxima inceptorum colere. *Cyvil. epist. ad August. de laud. D. Hieron.*

Erant in FLANDRIA, sicut à presbytero quodam terræ illius natrante cognovi, viri duo divites, qui contra se graviter inimici, opportunitatem quærebant, quomodo unus alterum caperet, vel necaret. Erat unus quidam nequissimus, qui unus servus fuerat, & nunc alteri serviebat. Alioquin ergo cum olim servierat veniens, conquisit esse de domino, cujus ad præsens servus erat: sibi que dixit fore peractile, ut illius manibus eum tradat. Qui gavisus, continuo pactus est pecuniam illi dare, & spondit, & exinde nocte opportunitate, dominum suum tradidit in manus inimici. Quo occiso, venit proditor ille ad amicos partis adversæ, & simili dolo, tradendum illis obtulit occisorem. Credebat enim scelus proditoris in primo, omnibus, nisi solis illis, cum quibus pactum inierat, latuisse. Sed non sic erat. Comprehenus ergo ab illis, quibus tradere voluit occisorem, oblatu est Judicij: & suspensus turpi morte necatus est: sed felix ejus factu postmodum claruit turpiori. Amicorum enim precibus patibulo deponi permittus, in terra sepultus est. Nec mora, die sequenti cum de nocte sepultus fuisset, ignoti canes multis videntibus extraxerunt eum, & membratim inter se miserabiliter disceperunt. *Thomas Cantuar. libro 1. apum. capit. 24. parte 4.*

GREGORIUS Turonensis refert, apud urbem Tolosatium fuisse quendam ANTONIUM nomine, iniquum, Deo, & omnibus hominibus odibilem, eò quod illud perpetraret scelera. Factum est autem, ut impletis diebus, migrans à seculo, in basilica S. Vincentii sepeliretur, in qua ipse vivens sibi vas deposuerat. Verum ubi cunctos sub alta noctis silentia sopor artipuit, & omnes blandiente somno dedissent membra quieti, sarcophagus ille à sancta Basilica per fenestram proiicitur, & in medio deponitur atrii. Manè autem factu, ibi reperitus est, effractum supra se operitorium habens. Denique prope inquit illius non intelligentes virtutem Dei, neque sentientes Sancti injuriam, in cuius templo indignum temerè sepeliant, iterum deposito sarcophago, in loco, quo prius fuerat, altius suffoderunt. Altera verò illucescente die invenerunt eum iterum foris ejectionem in medio esse atrii, & sic intellexerunt marginalia Dei. Ex hoc enim à nullo tactus usque hodie in loco in quo ejectionis est, in testimonium reservatur. *Greg. Turon. li. 11. de gloria martyrum, cap. 89.*

IOANNES vir magnificus in hac urbe locum Præfectorum servans, cujus gravitatis, atque veritatis sit, novimus, qui mihi testatus est: VALERIANUM Patricium in civitate, quæ Brixia dicitur, fuisse defunctum. Cui ejusdem civitatis Episcopus, accepto pretio, locum in Ecclesia præbuit, in quo sepeliri debuisset. Qui videlicet Valerianus usque ad aetatem decrepita levis, ac lubricus exiit, modumque suis pravitatibus ponere contempnit. Eadem verò nocte, quæ sepultus est, B. Faustinus martyr, in cuius Ecclesia corpus illius fuerat humatum, custodii suo apparuit, dicens: Vade, & die Episcopo: ut proiciat hinc foetentes carnes, quas hic possit, quod si non fecerit, die trigesimo ipse morietur. Quam vilionem Episcopo cultos timuit confiteri: & rursus admonitus declinavit. Die autem trigesima ejusdem civitatis Episcopus cum vespertina hora sanus, atque incolumis ad lectum rediisset, subita, & inopinata morte defunctus est. *Greg. Magnus lib. 4. Dialog. c. 52.*

Adcft

Adest quoque in præsentem venerabilis Frater Venantius A Luenensis Episcopus, & magnificus Liberius, vir nobilissimus, atque veracissimus, qui se scire, suosque homines interfuisse testantur, eam rem, quam narrant nuper in Genuesi urbe contigitisse. Ibi namque, ut dicitur, VALENTINUS nomine, Ecclesiæ Mediolanensis defensor, defunctus est, vir valde lubricus, & cunctis voluptatibus occupatus, cujus corpus in ecclesia B. Martyris Syrii sepultum est. Nocte autem media in eadem ecclesia factæ sunt voces, ac si quis violenter ex ea expelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt custodes, & viderunt duos quosdam teterrimos spiritus, qui ejusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant, & eum ab ecclesia clamantem, ac nimum vociferantem foras traherant, qui videlicet perterriti ad sua strata reversi sunt. Mane autem factu aperientes sepulchrum, in quo idem Valentinus positus fuerat, ejus corpus non invenerunt. Cùmque ex tra ecclesiam quærerent ubi projectum esset, invenerunt hoc in sepulchro alio positum, ligatis adhuc pedibus, sicut ab ecclesia fuerat abstrahendum. *Item ibid. c. 57.*

ALMARIUS Cartonensis Episcopus, hæreticus licet jam fuisset (ut putabatur) in pace quosdam fuisse auctorem, B tamen constatam cum scilicet quosdam fuisse auctorem, condemnatum est à Concilio: ac de sacro cæmeterio ejus, ejusque cinis, & ossa dispersa. *Joan. Naucl. generat. 40. vol. 2.*

Nam quid quoque in hac urbe contigerit, tinctorum qui hic habitant, multitudine testatur, quod QUIDAM artis eorum primus, cùm defunctus fuisset, in ecclesia B. Januarii Martyris, juxta portam S. Laurentii à conjugæ sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex eadem sepultura audiente custode ejus spiritus coepit clamare: Ardeo, ardeo: cùm vero diu has duas voces emisisset, custos hoc ejus nuntiatu uxori. Uxor verò illius eos, qui diligenter inspicere, artis ejusdem viros transmittit ad ecclesiam, volens cognoscere, qualiter ejus corpus esset in sepulchro, de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulchrum, vestimenta quidem intacta repererunt: quæ nunc usque in eadem ecclesia pro ejusdem causæ testimonio servantur, corpus verò illius omnino non invenerunt, ac si in eodem sepulchro positum non fuisset. Quæ ex re colligendum est, quia utioque anima ejus damnata sit, cujus & caro est ab ecclesia projecta. *Greg. Magn. lib. 4. Dialog. c. 54.*

AN. DOM. 1070. cùm HENRICUS IV. per duos annos ante mortem patris sui declaratus esset futurus Imperator, & ab eo immemor beneficii recepti, adversus patrem rebellionem movit, ac sub obtentu meliorandæ Reipublicæ, ac restaurandæ ecclesiæ in ipsum insurgit: sumens occasione ex eo, quod pater ejus excommunicationis esset à sancta Romana Ecclesia. Unde facile Saxonum principes patri suo semper infestos, suæ voluntati conjunxit. Multi præterea Principes Imperii relicto patre filio adhererunt, ad postremum cunctis illum relinquentibus, à filio capitur, & carcerali custodia mancipatur. Ubi cum audientiam peteret, filius unâ cum Principibus docto circumventum cogunt Imperialia insignia relinquere. Quo factu dimissus est, omnium suffragio destitutus, per Alemanniam vagus, & profugus discurrens Coloniæ venit. Cives autem ejus miserati sunt calamitatem, & ab eis non sicut exul, sed tanquam imperator locum inter est susceptus. Inde multis illum concomitantibus Leodivum venit, ubi vocata Principum Curia, aliquibus ad eum consuetibus, asseruit à filio fuisse coactum Imperialia insignia relinquere. Filius autem audiens illum Leodivum esse, obsidere eum paravit: præmissisque militibus, qui Pontem super Mosam fluvium situm occuparent, à gente patris repulsi multi occisi sunt, atque capti: inter quos & Bruno Comes occisus est: filius sicque contra patrem pergens rediit inglorius. Non autem multo post tempore Henricus IV. ipse apud Leodivum moritur, ac à civibus in eadem ecclesia more Principum sepelitur. Sed postmodum mandato fœderis Pontificis, tanquam excommunicatus à cæmeterio sancto eicitur, & omnis eius sepultura Christiana denegatur. *S. Antonin. in 1. par. Chron. tit. 17. cap. 6. in principio.*

Moris erat in monasterio, ubi olim sanctus DUNSTANUS fuerat Abbas, & postea ibi sepultus, omnes pueros in scholis verberari ante quintum diem Natalis Domini: non pro culpâ tantum, sed ex usu. Fortè ex hac causa, ut assuescerent etiam sine causa rationabili patienter ferre tale magistrorum, & prælatorum. Rogati sunt Magistri, ut condemnarent illum diem: qui noluerunt, sed omnes se ad virgas preparaverunt. Ea nocte altitit unum eorum in visu sanctus Dunstanus dicens, L. B. Theat. vii. Human. Tom. VII.

Cur tam pavidi estis, o pueri? Quia inquit, Domine, furor magistrorum sedari nequit. Ne timeatis, ait, ego eos sedabo. Ego illum Dunstanus pater hujus monasterii. Hoc tibi erit signum: quia liberabo vos. Vade, & dic custodi ecclesiæ: ut auctas ab ecclesia corpus filii AROLDI, quem gentilem odibilis quorundam adulatio juxta me ausu temerario sepelivit. Quod si citò non fecerit, grave damnum tota hæc ecclesia patietur. Jam aurora illucescebat, hora pueris tremenda; & magistri instabant armati corrigiis nodatis, expectantes pueros ante se transituros. Et ecce subito omnes magistri dormierunt: & pueros per medium transeuntes non fuit, qui tangeret. Adolefcentes autem detulit mandatum custodibus, qui contempserunt: postea à quibusdam Monachis sanctus Dunstanus à loco discedere visus est. A quibus cùm detineretur, & cur discederet, quæreretur, respondit: Se factorem pagana carnis, & quorundam illic viventium iniquitates ferre non posse. Quæ res, inquit, si non fuerit emendata, tota hæc civitas, & hæc ecclesia luet. Non ita multo post civitas combusta est, & tota ecclesia cum officinis suis, excepto dormitorio, & refectorio cum claustris, quæ ibi appendebant. *Item ibid. tit. 16. c. 7. §. 6. in fin.*

QUINAM DE JURE AB EA ARCEANTUR.

CATHOLICI non quo suos promissæ ad Cæmeteria sua, sive Ecclesiasticam sepulturam admittunt. Excluduntur namque SS. Canonum decretis omnes Infideles, Judæi, Echnici, Hæretici. Et de hæreticis quidem extat hæc sanctio in *sexto Decreto lib. 5. tit. d. Hæreticis cap. 2.* Quicumque Hæreticos credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter præsumperint Ecclesiasticæ tradere sepultura, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se noverint subjacere: nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publicè extumulent, & proiciant hujusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua careat sepultura.

Manifeste usurarii *cap. Quia, ext. De usuris, cap. Quamquam in 6. cod. tit. & hoc, nisi poenitentiam egerint.* Omnes illi, quos liquet in sceleribus suis absque malè commissorum detestatione animam efflasse. Mortuus in Torneamentis, *cap. 1. ext. de Torneamentis.* Homicida sui ipsius. Excommunicatus Excommunicatione majore. Qui in Paschate Eucharistiam non accepit. Nominatim interdicitus Monachus proprietarius. Infans non baptizatus licet ex Christianis parentibus progenitus, & alii nonnulli, de quibus *Sylvester V. sepultura c. 9. c. 10.* Quorum cadavera si inter nosci queant, exhumata, & in profanum locum abicienda sunt, ex decreto factorum Canonum: Et hoc propter reverentiam, quæ cæmeteris, altisque sacris locis debetur. Solet interim plerisque locis in arca Cæmeteriorum certus locus designari, qui non benedicitur, pro sepultura parvulorum decedentium sine baptismo, nec eorum corpuscula à canibus effodiantur, aut indebitè trahantur.

QUID CIRCA ISTA HÆRETICI.

Pete ex loco de Cæmeteriis.

QUID DE AFFECTIS SUPPLICIO. AN SEPELIENDI?

Hodie secundum communem consuetudinem, in furca, H patibulo, & rota relinquitur cernimus, qui illis supplicis affecti. Verum si infamias iura, contrarium servari debere. Cautionem siquidem in *lib. 1. c. 13. D. de cadaver. puni.* Corpora eorum, qui morte damnantur, cognatis ipsorum neganda non esse. Item corpora animadversorum, quibuslibet petentibus ad sepulturam danda esse. *fac. lib. 11. C. de relig. c. Sumpt. fun. quæ sine petitione obnoxios criminum digno supplicio subjectos, sepultura tradi non vetat. Sequuntur Anton. Gomez. in com. Par. resol. tom. 3. cap. 14. num. 8. Jul. Clarus lib. 5. recep. sent. §. fin. c. 100. num. 1.* Accedit jus divinum, *Deut. 21. in fin. ibi.* Quando fuerit in aliquo peccatum morte dignum, & intersectus fuerit, age eum in crucem, cadaver verò ejus non permaneat in ligno, sed mox sepelies illud, illo eodem die, quoniam maledictio Dei est suspensus, & non pollues terram tuam, &c. *Item Aponcal. 11. cap. refertur inter notas Antichristi, corpora defunctorum non sepelire, ibi, in corpora eorum non sinit poni in monumento: corpora eorum jacebunt in plateis. Pfall. 79. Ibidem ibi num. 3.* Nec est, qui sepeliat: insuper iura Canonica simpli-

simpliciter, & indistincte loquuntur, post, corpora damnato- rum sepeliri, ut est text. in c. quæstionum 53. quæst. 2. 19. c. placuit 23. qu. 5. Et Clem. & de pan. & remiss. non attento quod interpp. Jul. Clar. d. loc. Barb. Chassan. in consuet. ducat. Burgund. Rub. 2. s. 1. verbo lo confisque les biens. num. 5. Hostiens. in Rub. de sepul. in 4. vers. quid de suspens. Cam. d. num. 8. suprad. jura canonica intelligant, ut præcedat secundum distinctionem juris civilis, §. 8. ut id à Principe, vel alio seculari iudice petatur, & impetretur, quoniam præd. opinio favorabilior, magisque pia ducitur.

Sicque etiam retinenda, prout etiam servatur in ducatu Charitunorum, ubi post tres horas cadavera suspenforum tolluntur, terræque mandantur.

PRAGÆ Bohemorum, ubi per diem relinquuntur in furca, accedente nocte tolluntur, & terræ mandantur, ut & Parisiis Galliarum servatur. Petrus Ravennas in quodam tractatu incipiente: Valet eum perpetuo silencio, ad Clariss. Theolog. Professorum, Jacobum de Alta platea, tentat probare corpora suspenforum, & latronum, non esse in locis publicis relinquenda, sed sepulturæ tradenda. Habetur hic tractatus in fin. Alpbab. auct. utriusque juris, ejusdem auctoris, ut refert. P. B. Binsfeld. in trad. confess. makf. pag. mibi 379. An verò deceat, ut pro talibus solennes fiant exequia, prout pro aliis Christianis, qui cum honore vitam finiverunt, fieri consuevit, negat Binsfeldius pie autem faceremicos, & sanguine junctos, qui privatim pro eis orant, sacrificia offerunt, vel curant offerri, & satisfactoria opera exercere.

Sunt tamen, qui maleficorum cadavera relinquenda sentiunt, & avibus carnis exponenda ad terrorem aliorum, & justitiam commendationem, quomodo & capita & membra proditorum, & hostium Reipub. in portis & ponibus; Latronum in viis publicis videnda ponuntur.

\* SEPULTURÆ OFFICIUM SANCTUM,

MERITORIUM, ESSEQUE OPUS

MISERICORDIÆ.

EX S. SCRIPTURA.

C. Commendavit DAVID multum viros Jobes Galaad, eò quod cadavera Saulis, & Jonathæ, & filiorum ejus reverenter traderentur sepultura. 1. Reg. 31. & 2. Reg. 2.

TOBIAS cum periculo vitæ suæ corpora occisorum rapiebat, & sepulturam sollicitus exhibebat. Tob. 2. & 12.

JASON impius, & crudelis homo, cum multos homines insepultos abiecerit, ipse demum divinam ultionem sentiens, sine sepultura quoque abiecit. Machab. 5.

Laudatur JUDAS Machabæus, quod interfectos in prælio honestè sepeliri, præceperat, & sacrificia pro eis offerri jussit. 2. Mach. c. 12.

Discipulorum B. JOHANNIS Baptistæ pietas ab Evangelistis notatur, quòd, eo in carcere decollato, venerunt discipuli ejus, & tulerunt corpus, & sepelierunt illud. Mat. 11.

NICODEMUS, & JOSEPH ab Arimatia circa Christi corpus sepeliendum pietas, & religio in Evangelio diligenter commemoratur. Mat. 27. Joan. 19. Marc. 16. Luc. 23.

HISTORICA.

D. GREGORIUS sextus S. Joannis ad portam Latinam Archiepiscopus, Pontificatum adeptus sedis Apostolicæ dignitatem labefactam sua auctoritate, & animi magnitudine brevè restituit: Nam & ditionem Ecclesiæ recuperavit, & latrones circa Urbem positos, quorum favita peregrini ad Urbem religionis causa possidentes necabantur, & medio sustulit, prius excretionibus, & interdicitis admonitos, deinde vi, & armis domitos. Hanc ob rem ferunt à perniciosis hominibus vulgò homicidam, Simoniacum, & sanguinis humani appetentissimum habitum, idque à Cardinalibus etiam quibusdam prædicari solitum. Motum itaque Gregorium ipsum in ea ægritudine, qua postea moritur, Cardinales ad se vocatos verbis castigasse, quodque justè, & sanctè fecisset, ipsi livore moti reprehenderent: Et ut, inquit, scire possitis, ubi mortuus fuero, rectè, ac perperam fecero, corpus meum ante fores ecclesiæ sistite vechibus oneratas: si divino nutu aperientur, censetote me dignum Christiana sepultura: sin secus

corpus meum unà cum anima damnatum, quod volueritis, eicitote. Fecere mandata Cardinales, itaque portæ coorte gravè vi uter apertæ sunt, & corpus cum admiratione omnium, & opinione magnæ sanctitatis intrò latum est. Plat. in Gregor. VI. Pontif.

S. AUGUSTINUS Anglorum Patronus, postquam in Regia civitate sedem Episcoporum recuperasset, non procul ab ipsa ad Orientem monasterium fecit, in quo ejus hortatu Edelbertus ecclesiam beatorum Apostolorum S. Petri, & Pauli à fundamentis construxit, ac diversis donis ditavit, in qua & ipse Augustini, & omnium Episcoporum Doroverniensium simul, & Regum Cantii poni corpora possent. Quam tamen ecclesiam non ipse Augustinus, sed successores ejus Laurentius consecravit. Primus autem ejusdem monasterii Abbas Petrus presbyter fuit, qui legatus in galliam missus, demersus est in sinu maris, qui vocatur Amplect, & ab incolis loci ignobili traditur sepultura: sed omnipotens Deus, ut qualis meriti vir fuerit, demonstraret, omni nocte supra sepulchrum ejus lux celestis apparuit, donec animas vertentes vicini, qui videbant sanctum fuisse virum, qui ibi esset sepultus, & investigantes, unde, & quis esset, abfunderet corpus, & in Bononia civitate, juxta honorem tanto viro congruum, & in ecclesia posuerit. Eccl. gentis Bada lib. 1. bish. Anglorum c. 33.

Cum ARMAGASTES Episcopus insignis Christi miles, ac invictus Ecclesiæ Romanæ contra Arianos propugnator, dormitionis suæ proximum cerneret diem, advocat quendam Pellicem venerabilem Christianum, procuratorem domus filii Regis, qui Armogastem Apostolum venerabat, dixitque illi, Tempus meæ resolutionis advenit: obsecro te per fidem, quam utriusque tenemus, ut sub hac silique arbore me sepelire digneris, reddiditque Domino nostro, nisi feceris, rationem. Non quòd ille curaret, ubi, aut qualiter suum sepeliret corpus: sed ut illud demonstraretur, quod sermo revelarat Deus. Respondit Felix, & dixit: Abiit à nobis, confessor venerabilis, sed sepeliam te in una basilicam, cum triumpho, & gratia, quam mereris: Cui B. Armogastes: non, sed quod dixi, facturus es. Ille timens Dei hominem contristari, veraciter quod dixerat, promisit se esse facturum. Statim intra paucos dies comes bonæ confessionis de hac vita migravit. Festinavit Felix sibi delegatum sub arbore fodere sepulchrum. Cui cum intextas radices, & soliditas aride telluris moram facerent, & calore augetur, quod tardius Sancti membra altius humarentur: tandem abscissis radicibus, multo altius terram cavans, conspicit sarcophagum splendidissimi marmoris præparatum, qualem forte nullus omnino habuit Regum. Ex Viatore de persec. Vandal. lib. 1. Baron. 10. 6. annal. Eccl. sub ann. Dom. 456.

S. CATHARINA Alexandrina, cum jamjam esset martyrium subitura, tempus ad orationem postulat: inter cætera verò sic rogat: Da, Domine Jesu Christe Deus meus, ut hoc corpus meum, quod pro te fuit consecissim, non possit ab iis adipisci, qui querunt illud. Deus itaque honorans suam Martyrem, illius preces ad effectum deduxit: cum enim Angeli venerandum illius corpus composuissent, in ipso consummationis tempore, visi sunt illud in montem Sina deducere, ab iis, qui præsentem erant, Aloysius Lipoman. tom. 5. Svarius tom. 6. 25. Novemb.

Ea nocte, qua rapienda erat ex hac vita sancta ERMELENDIS virgo, meruit Anglicam vocem audire se monentem ex nomine: Recede, inquam, virgo, recede, & virginitatem, quam Deo consecrasti, involatam custodi. Quæ valde perterrita obediens jussioni iter fecit. Cùmque spiritu sancto duceretur, Angelus Domini ei secundò apparuit, & viam, quam coeperat, ne desereret, imperavit. Venies (inquit Angelus) in illam, quam Meldricem nuncupabis, ibi namque præparavit tibi Dominus locum ad perficiendum desiderii tui votum. Pervenit igitur venerabilis virgo in locum, quem prædixerat ei Angelus: ibique parvisonia mizæ abfincitæ diu vivens, gemine delectationis in se continere mandatum. Alcatbar autem B. Ermelendis solummodo herbis agrifibus, non inferior summis cremi cultoribus: puellares quoque artus teneros ditis cruciabat injuriis. Frequentabant quoque eam quique religiosi, sed quanto Dominus famam ejus dilatavit, tanto humilissime agebat. Tandem vero post multa certamina evocata à Domino, ad caelestem pervenit gloriam, quam in terra postita tota devotione quaesivit. Ad ejus exequias non hominum resonabat, sed hymnicis Angelorum chori Christo cecinebant gloriam. Et quia Christo fuit dilecta, ab ipsis est officiosissime sepulta. Sur. 29. Octob. tom. 5.

Tempo

Tempore DIOCLEYANI, & MAXIMIANI Imperatorum MARCELLINUS Pontifex ad sacrificia gentium ductus, cum minis instaret carnifices, ut thura Sui exhiberet, metu perterritus Deos alienos adoravit. Habito deinde non ita multo post Concilio C. & LXXX. Episcoporum in Sinuesia urbe Campaniæ, eò & Marcellinus equalibus, pulverulentus, ac cilicio indutus proficiscitur, petique ut sibi pro inconstantia debita poena tribuatur. Qui cum damnaret, in tanto concilio nemò inventus est, cum dicerent omnes, ea semè ratione Petrum peccasse, ac flendo peccati poenam luisse. Rediit Romanam Marcellinus iratus, Diocletianum adiit, hominemque increpat, qui se impulerit Diis gentium immolare. Ducitur ad martyrium Diocletiani jussu Marcellinus, cum Claudio Cyrimo, Antonino Christi fidelibus. Inter eundem verò Marcellum presbyterum admonet, ne Diocletiani præceptis obtemperet, in rebus maxime ad fidem pertinentibus: neve corpus suum sepultura traderet, quòd diceret, obnegatum Salvatore eò de nequaquam mereri. Horum autem simul intemptorum corpora Diocletiani jussu ad dies sex, & triginta insepulta jacuerunt via publica. Unde Petri Apostoli jussu, qui Marcello in omnibus apparuit, ut in Salaria, in cœmeterio, quod Priscilla dicebatur nomen habuit, sepeliuntur, 6. Kalend. Maris, apud B. Crescentinus corpus. Plat. in vitis Pontif. Marul. lib. 4. cap. 9. Nauclet. gener. 11. vol. 2. Joan. Laziar. lib. 2. c. 74.

SEBASTIANUS instar herici ex sagittarum densitate ad mortem ferè usque impetitus, & confectus divinitus sanatur: cum verò Diocletianus Imperator cum super gradus Heliogabali stantem confexisset, ait: Tunc es Sebastianus, quem nos dudum sagittis jussuramus interficere? Sebastianus dixit: Ad hoc me Dominus meus JESUS CHRISTUS reservare dignatus est, ut conveniam, & conester vos coram omni populo, injusto judicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullire. Tunc jussit eum in hippodromum palatii duci, & tandiū fustibus cædi, donec exhalaret spiritum. Tulerunt autem corpus ejus noctu, & in cloacam maximam miserunt, dicentes. Ne forte Christiani eum sibi Martyrem faciant. Porrò B. Sebastianus apparuit in somnis matronæ religiose Lucinae nomine, dicens ei: In cloaca illa, quæ est juxta Circum, quære, & ibi invenies corpus meum pendens in unco: quod cum levaveris, perducas in Catacumbas, & sepelies me in initio cryptæ juxta vestigia Apostolorum. Itaque B. Lucina, cum servis suis media nocte abiit, & elevans corpus ejus posuit in silentio suo: perducitque ad locum, ubi ille imperaverat, cum omni diligentia sepelivit, perque dies triginta à sancto loco illo non recessit. Post aliquot autem annos, pace Ecclesiæ reddita, domum suam mutat in Ecclesiam, omnes opes suas pro Christianorum consolatione illi derelinquens, & ecclesiam eorum heredem instituit in Christo, qui vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. Baron. tom. 2. Annal. Eccl. ad an. Dom. 286. In Rom. marty. 19. Janu. apud Sur. tom. 1. Jan. 20.

De S. CERBONIO illud miraculum, Venantio Lunensi Episcopo narrante, cognovi. In ea namque Populonia ecclesia, cui præerat, sepulchrum sibi præparavit. Sed cùm Longobardorum gens in Italiam veniens cuncta vastasset, ad Helbam insulam recessit. Qui ingruente ægritudine ad mortem veniens, clericis suis, sibi que obsequentibus præcepit, dicens: In sepulchro meo, quod mihi præparavi Populonia, me ponite. Cui illi cum dicerent, Corpus tuum illuc qualiter reducere possimus, qui à Longobardis teneri loca eadem, & ubique illic eos discurrere scimus? Ipse respondit: Reducite me securi, nolite meture: sed festinè sepeliri me curate: moxque ut sepulchrum fuerit corpus meum, ex eodem loco sub omni festinatione recedite. Defuncti igitur corpus impulerunt navi: cùmque Populonium tenderent, collectis in aere nubibus, immenis nimis pluvia erupit. Sed ut patefaceret omnibus, cuius viri corpus navis illa portaret, per illud maris spatium, quod ab Helbainfula usque Populonium duodecim miliaribus distat, circa utraque navis latera procellosa valde pluvia descendit: & in navem eandem una pluvia gutta non cecidit. Pervenit itaque ad locum clerici, & sepultura tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius præcepta servantes, ad navem suam festinatione reversi sunt. Cuius præcepta ut intrare potuerunt, in eundem locum, ubi viri Dominum sepulchrum fuerat, Longobardorum Dux crudelissimus Gunnar advenit. Ex ejus ad ventum Dei habuisse spiritum prophetiæ claruit: quia ministros suos à sepultura suæ loco sub festinatione discedere præcepit. Greg. lib. 3. dial. cap. 11. Sur. 10. Octob. tom. 5.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V. II.

An. Dom. 1057. qui numeratur quintus ab obitu Othonis Imperatoris, moritur Katsbonæ in Bavaria S. ROMUALDUS Abbas S. Emmerami, cujus feretro HENRICUS Germanorum Rex, & postea Imperator proprium suppositum humerum, ad portandum illud ad sepulturam. Baron. 10. 11. ann. Dom. 107. ex Arnolfo Comite.

An. Dom. 1079. legatio missa est à GREGORIO VII. Papa ex Romana Synodo ad Sanctum LADISLAUM Hungaria Regem, pro Sanctorum reliquiis debito honore perquirendis, ac religiose colendis. De qua legatione hæc in rebus sancti Gerardi martyris: Tum enim à Romana Ecclesia Synodo injunctum est, ut corpora eorum, qui Pannoniam fidei prædicatione irrigassent, summo honore afficerentur. Veniente autem sedis Apostolicæ Legato, & nobilium Pannoniæ coacto conventu, sacrum hujus B. Martyris corpus elevatum est, atque Ladislai Regis, & Principum humeris translatum, honorificè deponit eo loco, ubi pro meritis tanti patris, superna gratia efficiendis, & declarandis miraculis largitus curascat. Baron. tom. 11. an. Dom. 1079. apud Sur. tom. 5. die 24. Sept. in fine.

THEODORICUS Abbas, S. Remigii discipulus, qui ejusdem Magistri sui meritis suffragantibus à mortuis suscitari filium Theodorici IV. filii Clodovei Regis Francorum, cum multis virtutes operatus esset, & Angelis eum suscipientibus cum gloria migrasset, THEODORICUS Rex ad monasterium veniens sanctum corpus propriis humeris ad sepulchrum evehit. Usuar. in Martyrol. 1. die Julii.

An. Dom. 1006. fames, & mortalitas tam graviter per totum orbem invaluit, ait SIGEBERTUS, ut sepelientium tadio, vivi adhuc spiritum trahentes obruerentur cum mortuis. Quo tempore accidisse videntur, quæ de S. ODILONE Cluniacensi Abbate Petrus Damiani in ipsius vita sic narrat: In crocandis elemosynis ita largus erat, ut nonnulli, dum eum omnia dispergentem sine cunctatione conspicerent, non dispensatorem, sed prodigum judicarent: præsertim quodam tempore, dum famas valida Aquitanie fines vehementer affigeret, exhaustis jam in pauperum usus ærariis, & horreis quorumcumque proventuum non mediocriter profligatis; mos etiam plurima sacra vasa confregit, insignia ecclesiæ ornamenta destruxit, coronæ quoque, quam sibi Imperator Henricus ob sui memoriam destinaverat, non peperit. Ut igitur tam acerbe famis, in quibus valuit, temperaret inopiam, quocumq; hinc inde contrarede potuit facultatum, in sustentationes, & alimentum tradidit egenorum. Quadam sanè die, dum per publicum pius equitator incedit, duos in itinere pueros fame preterptos reperit. Mox equo desiliens, lanceam, qua indutus erat ad carnem, subduxit sibi interulum, eaque, prout velarimus quantitas permittebat, utrumque cadaver obvolvens, exhibet mortuis sepulturam: nam & vespillonis mercede conduxit, & funeris usque ad tumulum prosequutus exequiis, & defunctis fratribus, debitum humanæ pietatis exsolvit. Bar. 10. 11. Annal. Eccl. an. Dom. 1006. 4. ex Sigeberto in Pet. Dam. apud Sur. 1. Jan.

Idem fecisse legitur ALPHONSUM Aragonum Regem. Cùm Puteolos oblideret, atque animi laxandi gratia litrus quotidie peteret, reperit viri Genuesis cadaver à tritremi hostium ejectum, littori appulsum. Quo viso celeriter equo desiliit, isque, qui propè aderant, omnibus desilire jussit, illius negotium dedit, ut terram effoderent, aliis ut nudum H corpus obvoluerent; ipse vero non minimas in sepeliendo hominem partes sibi adscripsit. Anton. Panar. 1. 1. de Rebus gestis Alphonsi.

Imperante ANTONINO, cui Pio cognomen erat, florebat S. Constantinus Perusinus civitatis Episcopus, qui cum neque blanditiis, neque verbis compelli posset, ut Christum desereret, tandem non procul ab urbe Fulgineo sacrum ipsi caput fuit abscissum. Erat autem tunc tempore Fulginei quidam LEVIANUS, vir inter ceteros fide, & bonorum operum meritis præstans, qui nocturna visione admonitus est, ut sanctissimi illius corporis curam susciperet, & omni cum honore, ut par erat, sepulture mandaret, qui abiens protinus summa cum reverentia illud humeris suis imposuit, sacroque onustus pignore jam domum redire festinabat. At ei jam iter ingresso obviam fuerunt viri duo, qui Levianum agnoscetes, cachinnos tollere, & Constantinum maledictis insectari ceperunt. Sed ecce Deus, qui suorum honorem mirifice defendere consuevit, volens servi sui injurias, contumeliasque ulcisci, simul & miraculo ejus gloriam clariorem reddere, utrumque oculorum sensu illico privat. Sed tamen & ipsi intra Dei misericordiam effugerunt: siquidem illi propria calamitate edocti, supplices ad caelum

N 2 MARKS

manus tendere, & Christum Jesium unum solum verum Deum A confiteri ceperunt, tandemque Leviani opera ad sacrum Martyris corpus ducti, statim primo ejus contactu pristinum oculorum lumen receperunt. Zachar. Lipeloe ex Laur. Sur. 29. Januarii.

SEPULTURA MIRACULOSE PRESTITA.

Cum D. PAULUS, & Antonius Eremita aliquando simul essent, & noctem in divinis laudibus consumpsissent, diluculo Paulus de morte, quae sibi instaret, admonens Antonium, hortatur, ut pallium, quod ab Athanasio acceperat, ad involvendum suum corpus afferret. Quo ex itinere rediens ille, vidit inter Angelorum choros, inter Prophetarum, & Apostolorum cœtus, Pauli animam in cœlum ascendere; cumque ad ejus cellam pervenisset, invenit genibus complicitis, erecta cervice, extensive in altum manibus, corpus examine; quod pallio obvolvens, hymnosque, & psalmos ex Christiana traditione decantans, cum sarculorum, quo terram foderet, non haberet, duo leones ex interiore eremo rapido cursu ad beatum corpus feruntur: ut facile intelligeretur, eos, quo modo poterant, ploratum edere: qui certatim terram pedibus effodientes, foveam, quae hominem commode caperet, effecerunt; qui cum abiissent, Antonius sanctum corpus in eum locum intulit, & injecta humo tumulum ex Christiano more composuit, Tunica vero Pauli, quam in sparte modum ex palmæ foliis sibi contulerat, secum auferens, eo vestitu diebus solennibus Paschæ, & Pentecostes, quoad vivit, usus est. Breviar. Roman. in vit. S. Pauli 1. Eremitæ 15. Janu. ex D. Hieronymo.

Cum ZOSIMAS Abbas corpus S. MARIE Ægyptiacæ jacens mortuum invenisset in solitudine, & manus sic, ut oportet, compositas, & corpus ad orientem respiciens, lachrymas aliquamdiu fundens, & Psalmos dicens temporis, & rei congruentes, fecit sepulture orationem, & dicebat sibi ipsi: Forsitan non pertractanda hæc fuit. Hæc eo cogitante, designata erat in terra scriptura, ubi hæc scribebantur: Sepeli Abba Zosima misera Mariæ corpusculum, redde terræ, quod suum est, & pulveri adice pulverem, & ora Dominum pro me. Has senex cum legisset literas, cogitabat, quomodo esset, qui scripserat: Illa enim literas ignorabat (ut ipsa dixerat) in hoc tamen valde exultans gaudebat, quia ejus sanctum didicit nomen.

C. Glorificans autem Zosimas Dominum, & lachrymis corpus ejus infundens: Tempus est, inquit, miser Zosima, quod justum est, perforce. Sed quid faciam infelix, quia unde fodere valeam, non habeo? Deest sarculum, non est rastrum, nihilque ex omnibus est præmanibus. Hæc illo in corde suo fecerit dicente, vidit lignum permodicum jacens; quod assumens, cepit fodere. Valde autem dura erat terra & valde fortissima, & nequaquam valebat senex fodere: quia & jejuno confectus, & longa itineris fatigatione nimis erat exhaustus. Laborabat enim, & suspiriis nimis urgebatur, & sudoribus madefactus ingemuit graviter ex ipso sinu cordis sui, & respiciens vidit ingentis formæ leonem juxta corpus sanctæ stantem, & ejus plantas lambentem. Videns autem contremuit præ pavore grandissima stræ illius, præcipue quia audierat feminam illam dicentem, Quod nunquam aliquam vidisset feram. Signo autem crucis se confirmavit undique, credens quia illæsum eum custodire valeat virtus jacentis. Leo autem cepit annuere sereni, blandis cum motibus salutans. Zosimas autem dixit leoni: Quoniam a Deo missus venisti maxime ferarum, ut hujus Dei D famulæ corpus terræ commenderet, exple opus officii, justique ejus corpusculum sepeli. Ego enim senectute confectus non valeo fodere, sed nec congruum quid habeo ad hoc opus exercendum: rursus autem tanti itineris spatia emetiri non valeo, ut aliquid asseram. Tu divino jussu hoc opus cum unguis facto, ut commendemus terræ hoc sanctum corpusculum. Continuo autem juxta senis feronem, leo cum brachiis, & unguis fecit foveam, quanta ad sepeliendum sanctæ corpusculum sufficere possit. Senex vero lachrymis pedes sanctæ abluens, & multipliciter effusa prece orans eam, ut nunc pro omnibus ampliorer, operetur terra corpusculum nudum astante leone, sicut eam prius repererat, & nihil aliud habens nisi illud scissum vestimentum, quod ei jam ante projecerat Zosimas, & Maria quædam corporis sui membra texerat. Deinde recedunt pariter, & leo quidem in interiora solitudinis, quasi ovis manifesta abcessit: Zosimas reversus est benedicens, & glorificans Deum, & hymnum laudis decantans Domino nostro. Paul. Diac. apud Sur. tom. 2. g. April.

Carnifices eum sanctum illud caput S. ANASTASII Martyris amputassent, ut eum interfectum esse ostenderent, ad E. Perlarum Regem Cosrohem detulerunt. Stellarium vero, qui præerat custodiae carceris, cum Christianus esset, & sciret martyrum honorare corpora, vellet autem Sancti tollere reliquias, & eas separare ab aliis, ne tantum lateret bonum permixtum cum cæteris corporibus, prohibere carnifices. Cum filiis autem Jeldim annuatiæ fuisset viri consummato, ad quam euntem martyrem illorum pueri consequebantur, & illi serviebant, si pecunia corrumpunt carnificum diligentiam, & ut corpus sibi liceret in loco separato deponere, non paucis emunt pecuniis. Deinde is quoque Monachus, qui cum martyre excefferat è Casarea, & cum decertante ad finem usque permanerat, cum & pueros filiorum Jeldim, & quosdam ex iis, qui illic erant, monachis in noctem sequentem assumens, ut martyris corpus pie sanctèque componeret, venisset (ò quomodo, ò Christe, laudabo miraculorum tuorum magnitudinem?) invenit canes alia quidem corpora, toto ore excedentes, sed hoc autem solo se abstinentes, ut quod non subiceretur amplius legibus corporis. Jam enim pulcherrimæ corona in manu Dei (ut divinus dixit Ista) & diadema regni in manu Dei ejus. Cum sustulisset ergo corpus martyris, & mundis lineis, quæ dedere filii Jeldim ultimis corporis exequiis, mundas illas, & sanctas involvisset reliquias, in Sergii martyris monasterio, quod ad unum lapidem distabat à vero, deponit decimo septimo quidem anno imperii pii Heraclii, vigesimo autem secundo die mensis Januarii: is enim fuit dies, qui vidit decemum martyris. Baron. Annal. Eccl. tom. 8. ann. Dom. 627. apud Sur. 22. Januarii.

S. LUCIANUS martyr, cum jussu Imperatoris Maximiani in mare projectus esset, cum magno lapide appenso in brachio ejus dextero, ut submersus nusquam appareret, & corpus ejus nullam assequeretur sepulturam, nec ulla ei fierent, postquam ibi fuisset per quatuordecim dies, quingentesimo die delphinus in secum eum hoc modo extulit: Cum ejus discipuli circa ripas, & littora alibi versarentur, ut viderent, si quo modo possent eum è mari ejectum invenire, tempore autem hyberno id valde esse turbatum: diuturnum tempus effecit, ut planè desperarent se posse id invenire. Interim vero adveniente decimoquinto die, martyr in fontis apparetis cuidam Glycerio, germano suo discipulo, qui tunc versabatur in adversa regione continentis Nicomedie, dixit ei: O tu cum primum manè surrexeris, ibi in hunc G locum, ostendens locum littoris. Te enim, inquit, conveniam, cum illic veneris. Ille autem, cum primum ex magna evidentiâ, & admiratione eorum, quæ ostensa fuerant, eum somno dimississet, & jam dies illuc fecerit, surgens, & quosdam alios ex piis secum assumens, cum eis venit in locum, qui fuerat ei significatus. In eo autem ingens delphinus ascendebat è mari, jam ex eo emergens, qui cum esset extensus super aquæ superficiem, valde spirabat, & ad terram contendebat: cratque circa ipsum multa spuma, & murmur fluctuum, qui ab ipso scindebantur. Ferebat autem extensum mortuum tanquam in lecto jacentem. Eratque speculaculum mirabile, super corpus adeò lubricum, & rotundum quietè manens mortuus, & nec à suo pondere, neque à vi fluctuum devolutus ab eo, quod ipsum portabat, vehiculo. Cum autem delphinus fuisset propè continentem, fluctu sublimè fuit sublatus, & terra id appulit. Atque ille quidem statim expiravit. Tum discipuli sepulchrum illi quale potuerunt, prout tempore urgebat, & statuerunt, & humili sepultura donarunt. Hæc autem omnia cum sancta Helena percipisset, ut erat fanctorum Martyrum studiosissima digno trophæo triumphum Martyris ornate decrevit, atque illic sumptuosam deluxerit Basilicam erigendam curavit. Sur. 7. Janu. tom. 1. in Baron. tom. 3. Annal. Eccl. ann. Dom. 326. ex Metaphrasi.

Cum impius Boleslaus Poloniae Rex STANISLAUM Episcopum Cracoviensem altari adstantem gladio percussisset, & occidisset, ejus corpus exanime è templo extractum, militibus discedendum tradit, gravi proposita pœna prohibens, ne quis aut justa funeri perfolveret, aut dissectis corporis partibus colligeret, & sepulture mandare auderet, scilicet ut à canibus, & volucris, & feris belluis devoraretur. Sed non est passus ille omnia circumspiciens divina providentia oculus, tam seèdè lacerati existimationem martyris sui. Nam nocte ad ejus cæde die, cum Rex, & impii administrati crudelitatis ejus, putarent jam corpus omne à canibus, & avibus absumptum, à quatuor mundi partibus totidem raræ formæ, & magnitudinis

nis ad volarunt aquilæ, magnoque studio loca, in quibus diffipata erant sancti Præsulis membra, circumvolitantes, non sinebant ab illis, vel feris, vel volucris ea attingi, donec miraculo admoniti viri religiosi, membra dissecta in unum collegerint, eaque divinitus in unum corpus iterum coierint: Ex Martino Cromero de rebus Polonar. in Joan. Longino Canon. Cracov. Sur. 10. 2. Maii 8. c. 24. vita S. Stanislai.

\* SEPULCHRORUM VIOLATIO, EJUSQUE POENA.

Nonnulla hic adduci poterunt ex loco de Cadavere.

\* EXEMPLA ETHNICORUM, ET VARIA SUPER EA DECRETA.

HANNIBAL, & AMILCAR, Atheniensium Duces, Agrigentum obsidentes, milites sepulchra omnia demoliti, & ex corvuruderibus congestis propugnacula sibi adversus muros civitatis facere jussunt. Id cum impiger milites exequerentur, & jam pulcherrimo operi Mauolæo, in quo Theron conditus erat, manus admovent, ecce sepulchrum de cælo tangitur. Sine dubio corvum, quin illo erant geniorum, sive demonum operatione. Unde perterriti milites præpropere aufugerunt. Nec his contenti damones, pestilentissimam luem castris immiserunt, quæ & magna exercitus pars consumpta, & ipse Hannibal est extinctus. Quare anxius Amilcar, ad placandam iram demonum, Saturno infantem immolavit. Neputro vero propitiandum, Sacerdotes quam multos in mare demergi jussit, abominabili, sed spiritibus hominum oforibus grato sacrificio usus.

Legitur in antiquis monumentis, si quis aut testamenta corrupisset, aut violasset sepulchra, poene locum additum. Infestat arano Populi Romani. Item infestat arario Saturni.

Sepulchri violati poena ex refero D. SEVERI est capitalis inco, qui manu armata cadavera spoliavit, in alio autem qui sine armis id fecit, est poena metalli, Lib. 2. s. adversus 7. de sede viol. Siquis corpora ipsa extraxerit, vel ossa eruerit, humilioris fortunæ reus summo supplicio efficitur, honestior deportationis sortibus poenam, L. ult. d. i. qui vero alias sepulchri violator extitit, aut relegetur, aut in metallum damnatur. d. l. ult. in fin. D. eod. l. 2. c. eod. de violationib. sepulchror. habetur in T. 19. lib. 5. C. de sepulch. viol.

Cadaver CALIGULÆ clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuario rogo semiabustum, levi cepisse obrutum est. Postea per forores ab exilio reversas erutum, & crematum, sepulchrumque satis consecratum priusquam id fieret, hortorum custodes umbris inquietos, in ea quoque domo, in qua occubuerat, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit.

S. Christoph. hom. 25. sup. Marcum, comparat effosores sepulchrorum hyænem, quæ de nocte corpora mortuorum è tumulis versare solet, ut devoret.

Scribunt Cosmographi, ANTE sepulchrum, quod est Tigene Mauræ oppido, adeò augustum, sanctumque fuisse, ut si pars aliqua erueretur, continuo pluviz, & tempestates sequerentur, quæ non cessarent, nisi quod demolitum erat, restauraretur. Roman. de mir. mortuor. c. 138.

De STRATI Poete monumento, quod est apud Pompejopolim Syriæ, quæ vulgo Soloc, ferunt, quod si quis in illud lapidem coniciat, subito in jacientem resilit. Franc. Patrie, D lib. 5. de Rebus. in fine.

Via Nomentana ad secundum lapidem visitur Bacchi templum sphaerica forma, cum columnis geminatis, in gymnasium ita dispositis, ut templi studium sustineant, ubi vermiculato opere varia ornamenta cernuntur. Ibi que porphyreticum sepulchrum vitibus ac uvis insculptis exornatum, quod vulgus Bacchi sepulchrum appellat. De hujus sepulchri mentione illud non est prætereundum, quod Joannes Baptista Platina, qui vitas summorum Pontificum ad suam usque ætatem conscripsit, in vita PAULI II. Veneti meminit, ait enim in hanc ferme sententiam, quod cum is Pontifex fama, & pulchritudine sepulture illius captus, plurimum enim antiquitatis, & celebrioribus monumentis delectari solitum ferunt, justisset, illud in urbem ad se asportari, atque id cum itineri jam commisitum esset, ac ad urbem adveheretur, quod sibi fore ad monumentum parare statuisset, statim nocte intermissa nuntiatur, Pontificem ab humanis decessisse. Quod factum in causa, ut Canonici qui regulares dicuntur, in sancti Petri ad Vincula cœnobio degentes, qui que sanctarum Agnetis, &

Constantiæ Ecclesiis præsidet, eò, unde sublatum fuerat, restituerent. Bartholomeus Martianus in Topogr. urb. Rom. lib. 7. cap. 30. p. mibi 149.

\* SEPULCHRA FIDELIUM VIOLANTIAM POENA.

Ex Loco de Sacrileg. & Impietate quadam.

SEGIUS Monachus, & monasterii S. Trinitatis sancti Petri Cavenfis Abbatis armarius, sæpè pro negligentia suis à viro Dei Abbate suo argutus fuerat. Quadam verò die, maligno spiritu instigante, cum non sua merita, sed correctionis suæ amaritudinem memoraret, contra viri Dei sepulchrum expuit, & quem fratres monasterii quasi viventem pro nis cervicibus in eodem loco salutare conseruarent, Judæorum more conspuere non expavit. Mos autem cum adhuc viveret, viri venerabilis fuit; ut subditorum culpas puniret, ne futuræ vindictæ eos neglegendo servaret. Constatudinis ergo suæ dignitatem post mortem etiam servans, eundem monachum graviter percussit. Nam ubi contra sepulchrum expuit, facies ejusdem intumuit, & ita os torfit, ut in maxilla depositum ex latere videretur, Percussit itaque: tunc primum cognoscere Abbatis sui magnitudinem cepit, cum F mortem, & dignitatis suæ vigorem tenere alius didicit, sed cum magnis doloribus ingratus patris beneficiis torqueretur, viventis facie, tumentibus labiis, cinctus doloribus, ad venerabilem virum Abbatem meum Simeonem venit, reatum suum confitendo aperuit, & meriti sui danti penam tantæ audaciæ dignam postulavit. Cui venerabilis Abbas respondit: Si ab illo percussus es, curate te nullus alius potest. Iustus ergo monachus rediit, & ante sepulchrum venerabilis viri in oratione prostratus, facies, & oris incoluitatem promeruit. Os namque, quod ad derogationem sancti spiritum ejecit, percussum doluit, atque eo verba profertente penitentia salutem recepit, ut patris sui justitiam, & pietatem contra detractorum fallaciam probaret. Quia nimirum quæ magister bonus errantes percussit, & ut pius pater, quem percussit, sanavit. Felix utique, qui utrunque potuit, videlicet & percussit, & sanavit, & sanando mulcere. Hoc autem idem Sergius monachus senex retulit: sed me petentem relationis suæ miraculum Domini Abbatis Simeonis testimonio confirmavit. Ex Suario in vita Petri Abb. Cavenfis. c. G. 24. die 4. Martii.

Quomodo silentio præteribimus miraculum illud Lydi Saccellarii? qui suggestione Photii impudentis, monasterium ingressus, ut omnes, qui in sancto sepulchro B. Ignatii Mart. preces effundebant, ut suis egestatibus opem ferret, verberibus, & jurgis pelleret: & hoc cum fecisset, addidit malum malo, & præcepit, ut prope sacrum sepulchrum effodiatur, & profundè terra evertatur, ea videlicet occasione, eò quod eo in loco à Patriarcha multum aurum aliàs fuerat occultatum: revera autem, ut hoc dedecus impingeret venerandis reliquiis: ita invidia illum omnino occupaverat, insanam videlicet ejus animam, ut ne post mortem quidem illum quiescere sineret. Sed una cum impio illo mandato, impium etiam ita à Deo immixta adorata est non ferente in hoc loco Dei longanimitate, sed velociter merito inferente vindictam. Quam primum igitur vehementer clamans superbus ille, ac si interficeretur, fursum, ac deorsum proprio sanguine instar fluvii ex ore manante cruentatus, & clarus alienis humeris, quasi voce eam Hrens, quatuor diebus ita tormentatus efflavit animam. Baron. Card. tom. 10. Annal. Eccl. An. Dom. 878. 40.

An. Christi 802. AARON Saracenus Amyras, depoliata Rhodo, etiam Myræ sepulchrum, & feretrum S. Antistitis Nicolai comminuerit, & violare voluit. Res mira, subita tempestate repressus est, ita ut pauci vix cum illo evaserint. Cedren. Matih. Dreffer.

Silere hic etiam non debeo, inquit D. Grego. 1. 1. dialog. c. 4. quod de EQUITIO Abbate quondam meo reverendissimo, Valentino narrante, cognovi. Ajebat namque, quia corpus ejus dum in B. Laurentii Mart. oratorio esset humatum, super sepulchrum illius RUSTICUS quidam arcam cum frumento posuit, nec quantus, qualisque vir illic jaceret, perpendere, ac vereri curavit. Tunc repente turbo cœlitus factus, & rebus illis omnibus in sua stabilitate manentibus, arcam, quæ superposita ejus sepulchro fuerat, extulit, longèque projecit: ita ut ipsam cuncti cognoscerent, quanti meriti esset, ejus corpus illic jaceret.

Conſule Locum de Reliquiis. Cadavere. & infra de Sacrilegio.

Optatus Milevitan. lib. 6. ita DONATISTAS arguit. Quid reſeram illum erectam fuiſſe aram, in qua Gentiles anniverſariam celebrare ſoliti ſollicitate, conſiſiſe inde ſapientiam, & rerum peritiam conſecuturos. Joan. de Montevilla lib. 1. Itiner.

SEPULCHRA HONORATA AB ETHNICIS.

In Bythia ſepulchrum ARISTOTELES: In cuius ſepulchro ſerupt erectam fuiſſe aram, in qua Gentiles anniverſariam celebrare ſoliti ſollicitate, conſiſiſe inde ſapientiam, & rerum peritiam conſecuturos. Joan. de Montevilla lib. 1. Itiner.

In medio ALEXANDRIÆ inter rudera ſuperſtẽt ædificula inſtar facilli, quam magno in pretio habent Mahometani, cõ quod ex Alcorano ſuo doceantur, ibidem ALEXANDRI M. Regis, & Prophete, nam pro tali cum habent, oſſa tumulari, concurrunt et ingens vulgus hominum colendi gratia, & larga exhibent donaria. Joan. Leo in deſcrip. Africa lib. 8. c. 6.

FIDELIBUS.

Huc transfer ex Loco de Peregrinat. multa.

IN SEPULCHRA SUMPTUS FACTI.

Ex Loco de Liberalitate Sumptuaria.

ADMIRANDA CIRCA SEPULCHRA.

Ut putã.

VACUA, SINE CADAVERE.

CAROLI MARTELLI cadaver reperto, in quo ſerupt poſitum, Mauſoleo inventum non fuit, ſed illius loco Serpens. Guaguin. & Embil. in hiſt. Franc.

De ALCEMENE ſcribit Domit. Bruſc. l. 4. c. 9. rer. memor. quod cum deſerretur ad ſepulchrum, in lectica diſparuerit, & lapis illius vice delatus apparuerit.

CLEOMENES ASTIPALENSIS, vir fortiſſimus, cum propter cafos in ludo pueros pœnam revigens in ſepulchrum fe abdiſſet, tandem nec vivus, nec mortuus inventus eſt. Idem Bruſc. l. 4. c. 9.

Vide locum de Robore. Tit. Robuſti.

De ſepulchro DOMINI, ejuſque MATRIS, notius eſt quàm ut quidquam ſcribamus. Angelo de illo teſtimonium ſerente. Surrexit, non eſt hic. De Deipara verò Dionyſio aſtante, cum ad adventum Thomæ locus, in quo benediſtum ejus cadaver repoſitum fuerat, aperiretur, inventum non fuiſſe præter linteum ſepulchrale. Unde colligebant, qui aderant, illud cœlo receptum, & à putredine conſervatum, quodque, ut ſcribit Damascen. de dormitione Deiparæ, cui placuit ea carnem ſumere, etiam placuit immaculatum corpus incorruptum translatione honorare ante communem, ac generalem reſurrectionem.

OLEUM STILLANTIA.

In Myra urbe tumulus B. PONS NICOLAI oleum extillat, quod vatis infirmitatibus mederi, ſcribit Joann. Diacon. ex D. Methodio, in Vita.

STERILITATEM CAUSANTIA.

Reſert Heſtor. Boeth. in hiſt. Scot. GUAGNORÆ in Scotia ſepulchrum reperti cujuſdam B. Femina, quod ſi mulier forte calcaverit, perpetuam acquirere ſterilitatem, & id pluries eveniſſe tradit Cardan. lib. 8. c. 44. de var. reb.

APOPLEXIAM.

Inter ÆOLIAS Inſulas non procul ab Italia percelebris eſt LIPARA. In hac tumulum quemdam fuiſſe, ad quem noctu, accolarum relatu, non tuò accederetur.

ARISTOTELES quoque ſcribit Cymbula cum crotalarum boatu ibi exaudiri: Tumulus, quin & immanes percipi ſonos, cum inconditis quibusdam cachinnis, conſtanter aſſeverabat, cæterum mirum etiam quiddam iſtiusmodi addere ſolebat. Eo loci aliquando ebrium veſperi acceſſiſſe, & juxta tumuli illius ſpecum (ut erat) ſecurè obdormiſſe, tam arcto (ut aſebant) ſomno, ut cum poſt tertiam ab illa diem, acquirantibus illum domeſticis, & omnia tractus illius loca anxie perſcrutantibus, vix tandem præ ſpeluncæ foribus,

membris omnibus reſolutis, jacens inventum fuiſſe, pro motuo fuerit ablatu, hunc poſtea, cum juſta illi de morte ſolviffent omnia, & conclamatum jam eſſet, preparatiſſe exequiſ educeretur funus expreſſum ſubito, magna cum omnium admiratione, & que vidiffet antea, & que poſtea perſeſſus fuiſſet, ſeriatim fuerunt. Reſerſet Leonis. de var. hiſt. lib. 1. cap. 8. 9.

COMMODA VARIA PRÆSTANTIA. I TA GLIRES. DEPULSI.

In templo D. ULDRICI Auguſtæ Vindelicorum, eſt ſepulchrum D. THOMÆ ULDRICI, ex quo terra, quæ deponitur, prædita eſt ut & facultate pellendi glires, ut prædicant, atque idè peregrè ad ventantibus particula ejus donari ſolet, ita ut longè lateque aſportetur ad prædictum effectum. De ejus certitudine non eſt quod dubito, ſiquidem verè illi acceptum ſerunt Auguſtani, qui glires penitus ex urbe ſua exigunt. Itiner. Ital. incerti auctoris c. de Auguſt. p. 4.

Coloniæ Vibiorum in cœmeterio ad templum S. Joan. Baptiſtæ, & S. CORDULÆ, buſtum nominatè S. Cordulæ, lapideum conſpicitur, cujuſ terram in dedicatione annali diſti templi, ab incolis eſſodi, domumque aſportari, & diſpergi videtur ad depellendos mures.

MORBI PROFLIGATI.

In provincia MALABAR, quæ eſt India major, ſervatur corpus D. APOSTOLI, qui in illa provincia pro Chriſto paſſus eſt, quieſcit autem corpus ejus in civitate quadam parvã, ubi multi ſunt Chriſtiani, & Saraceni, debito honore Sancti venerantes corpus. Incolæ iſtius regionis, Apoſtolum Propheetam magnũ fuiſſe tenent, vocantque eum Avaryam, hoc eſt ſanctum virum, & Chriſtiani à longè venientes, & Sancti corpus viſitantes, aſportant ſecum de terra illa, in qua vir ſanctus occiſus dicitur, & de ea in pontum immiſſa, faciunt infirmos bibere, & credunt illos hinc melius habere, atque à diverſis liberari infirmitatibus. Paulus Venetus de regione Orientali lib. 3. cap. 27. exempla hujusmodi innumera invenire eſt, in vitis Sanctorum.

ANIMALIA VENENATA FUGATA.

Sanctus Epiphanius Epicoſopus Cypri, in libro de vitis Propheetarum, & Sanctus Dorotheus Epicoſopus Tyrinſis in ſynopſi de JEREMIA, ſeribunt, ubi ſepulchrum ibi jacere, ubi olim Pharaõ Rex habitaverat, quem honorem dicunt Egyptios illi detuliſſe, qui plurima ab illo accepterunt beneficia, nam ejus interceſſione Crocodili, & alii nocivi ſerpentes, ex illis ſinibus proſigati ſunt, & uſque in hodiernum diem eò pergunt oratum fideles, inde ſecum pulverem aſſerentes, quia lætos à venenoſis beſtiis curat. Joannes Piuſſus de Peregrinationibus lib. 3. cap. 5.

ARBORES NATÆ IN SEPULCHRIS.

In ſepulchro VIRGILII Maronis, quod eſt in monte Paſſipho prope Neapollim, Laurus ex petra nata cernitur, cujuſ inſcriptio eſt:

Qui cineres? tumuli hæc veſtigia, conditur olim Ille hoc qui cecinit, paſcua, rara, Duces. Scipio Martella in laudem Virgiliti, & Laurus addidit. Uj viret hæc laurus tumulum, & ſuper oſſa Maronis, Sic viret illius gloria, fama, decus. Idem. Quod ſeros vatis cineres, tumulumque Maronis, Sponte ſua hæc viridit Laurus adulta tegat, Indicat, & Muſi, & avoſ ſemper amicum Virgilitum, ſperet cui fore nemo parum.

In CIRCEO inſula parvus viſitur Locus, quem incolæ ELPENORIS eſſe, perhibent, qui ſupini hominis menturam haud quaquam excedere videtur. Hic ex univerſo regionis illius tractu ſola Myrtho illa, quæ coronaria appellatur, eò quod fit parva, & ad coronantiam expectatur, conſitus eſt totus, cum ea in inſula uſquam talis enaſcatur Myrthus, ſed arborofa illa, & magna, per omnes paſſim angulos fertiliſſe pullulet. Hoc autem ad

ad Elpenoris deſuncti honorem effectum eſſe loci illius accolas conſtanter credidiſſe ſcribit Theophratius. Reſert Nicol. Leonis de var. hiſt. l. 1. c. 76.

In civitate ACCIDANA Hiſpaniæ, tumulus TORQUATI Epicoſopi, de ejus natalicio, hoc eſt Iſibus Maii, olea ſtremittit, fructum facit, ac maturat, inde expreſſum oleum, cujuſque generis agritudini efficitur, ſalutare eſt. Marullus lib. 6. de revelat. caeliſt. bea.

Non poſſum non meminiffe hoc loco fabellæ, quam nonnulli Græcorum, & Hebræorum tradunt, de ADAM protoplaſto, nempe cum, dum ante obitum extremum agrotaret, miſiſſe filium in paradifum ad Angelum, ut ſibi mitteret oleum de arbore miſericordiæ, ut membra ſua eo ungeret, & ſanaretur. Adam ſibiſſe venebat ad Angelum, ſed Angelus cum non innotuit, ſed fedebat, tale oleum haud contingere poſſe, dabat autem iſti tria grana de pomo, & dicebat, hæc patri ſito in ore poneret; quando cum ſepeliret, & quando arbor ex granis nata fructum ferret, patrem morbo liberari, rediens filium patrem invenibat mortuum, & tria grana ori ejus imponebat, ſecundum juſſum Angeli, ex tribus illis granis natebantur tres arbores, & quibus Crux Chriſti facta eſt, in qua B. Adamus, & omnes homines liberati ſunt. Joann. de monte Villa in itiner. peregr. in terram ſanctam, lib. 1. pag. 17. manuſcr. antiſſ. cum figuris de Chriſto, pag. 6.

Similis fabellæ imaginem gerit, quod ſcribit Alexand. ab Alexand. lib. 2. c. 12. Genial. diar. neampe apud Megareſes in ſoro ſepulchrum eſſe CHORÆBI, ex quo prodiens Oleaſter ſuſpenſa arma inter corticem diu admiffert, atque mox ea velut inciſa, gales & ocreas peperit.

FLAMMA, AUT SPLENDOR EGRESSUS.

Gregorius Dialog. lib. 4. cap. 32. hoc miraculum reſerſet: Terribile inquit, quiddam in Valeriz provincia contigit, vir vitæ venerabilis, MAXIMIANUS Syracuſanus Epicoſopus, qui diu in hac urbe monaſterio meo præſuit, narrare conſuevit dicens: Quidam curialis illic ſacraſſimo Paſchatis Sabbatho juveniculum cujuſdam filiam in baptiſmate ſuſcepit, qui poſt jejuniũ domum reverſus, multoque vino inebriatus, eandem filiam ſuam ſecum manere petiit, camque nocte illa E quod dictu nefas eſt I perdidit.

Cumque manẽ factu ſurrexiſſet, reus cogitare coepit, ut ad balneum pergeret, ac ſi aqua balnei lavaret maculam peccati, perrexit igitur, lavit, corripſe trepidanter Eccleſiam ingredi. Sed ſi tanto die non iret ad Eccleſiam, erubefcebat homines, ſi verò iret, pertimeſcebat iram Dei, viciſſeque humana verecundia, perrexit ad Eccleſiam, fed tremebundus, ac pavens ſtare coepit, atque per ſingula momenta ſuſpectus, qua hora immundo ſpiritu traderetur, & coram populo vexaretur. Cumque vehementer timere, & illa Miſtarum celebritate, quaſi ad verſi nihil contigit, qui lætus, & die altero Eccleſiam jam ſecurus intravit, factumque eſt, ut per ſex continous dies, lætus ac ſecurus procederet, æſtans, quod ejus ſcelus Dominus aut non vidiffet, aut viſum miſericorditer avertiſſet. Die autem ſeptimo, ſubita morte deſunctus eſt, cumque ſepultura traditus fuiſſet, per longum tempus, cunctis videntibus, de ſepulchro ejus flamma exiit, & tam diu oſſa ejus concremavit, quouſque ſepulchrum omne conſumeret, & terra, quæ in tumulum collecta fuerat, deſoſa videretur. Quod videlicet omnipotens Deus faciens oſtendit, quid ejus anima in occulto perſultit, cujuſ etiam corpus ante humanos oculos flamma conſumpſit. Qua in re nobis quoque audientibus, exemplum fortitudinis dare dignatus eſt, quatenus ex conſideratione colligamus, quid anima vivens, ac ſentiens, pro reatu ſuo patitur, ſi tanto ignis ſupplicio, etiam inſenſibilia oſſa concremantur. Hæc ille.

Reſerſet Sophronus præſ. ſpir. cap. 87. JOANNES Anachoreta cognomen Humilis, deſunctus in antro juxta Roſum Cilicic, ignoſcantibus omnibus ibi ſeptennio lætus, tandem tribus perpetuis menſibus, noctu lux pluriſima videbatur ſuper illud antrum, quare commoti vicini in ſilva peribatur ſuper illud repererunt, atque in eo jacentem Anachoretam, cilicio indutum, ac pallio, crucem argenteam manibus amplexantem. Inventa eſt etiam chara ita ſcripta. Deſunctus ſum ego Joann. Humilis inſidione 15. computatis ergo annis, inventus eſt ante 7. annos deſunctus. Ita verò erat integer, ac ſi die eadem oſſillet. Hæc in Roſo monte Cilicia.

LUCERNÆ INVENTÆ.

Lud. Vives ad cap. 6. Auguſt. de civit. Dei, lib. 21. ita ſcribit: L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Erum eſt ſepulchrum memoria patrum, in quo ardebat lucerna condita ibi, ut ex inſcriptione apparebat, ſupra miſiſſimum, & quingentimum annum, eaque tota extemplo, ut contractari cepta eſt, inter adactas manus fricata, in tenuiſſimum abiit pulverem.

AVES AD EA ADVOLANTES.

Plinius lib. 10. cap. 26. ſcriptum reliquit, omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves, & conſigere ad MEMNONIS tumulum, quas ob id Memnonidas vocant, hoc idem quanto quoque anno facere eas in Ægypto circa regiam Memnonis, exploratum ſibi Crematius tradit.

Reſert Joann. de monte Villa in lib. 1. de peregrinat. ſingulis annis omnis generis aves, ut columbas, & corvos, venire ad ſepulchrum S. CATHARINÆ, & quamlibet adſerre ramum de viridi, & fruſtra arbore, cum fructu, & foliis, & relinquere ibidem ceu ſacrificium, ex quibus ramis monachi oleum ſufficiens exprimunt.

AQUE CIRCUMEA RECEDENTES.

CLEMENTI I. P. R. cum Trajano imperante, anchora collo alligata demergeretur, mare ad ejus preces receſſit, & marmoreum, in quo ejus oſſa conderentur, ſepulchrum ab Angelis extructum eſt, cedebat quotannis mare, ut ſepulchrum adiri ab omnibus poſſet ſtatuta ſollicitate, deinde ruſus tegebatur, Metaphraſt. Freculphus lib. 2. cap. 10. Antiq. lib. 7. cap. 2.

ODORES EXHALATI.

Q. Curtius reſert, ALEXANDRI M. corpus, dum viveret, tam præſtantiſſe temperamenti, & harmoniæ, ut oleret baſamum. Item quod ſudor illius etiam ſuaſem ſpiraverit odorem.

Denique quod etiam cadaver jam tumulatum talem emiſſerit fragrantiam, ut theca aromatica videretur, P. Bonſſeau de excell. homini ſcripſit.

De ſepulchris Sanctorum utriuſque ſexus, plene ſunt eorundem hiſtoriz, ad quas Lectorem remittimus; quomodo aperta, vel primum inventa, tantam odoris ſuaſem ſpirarint, ut exhinc eorum Sanctitatis, quantumque apud Deum pretium conſecuti eſſent, non obſcure cognofci poſſet. Acque id nuper invento S. CECILIE corpore palam etiam eveniſſe, pro explorato eſt.

REPERTUM MANNA, ET FLORES.

Joan. de monte Villa lib. 1. peregr. narrat prope Ephesum fuiſſe tumulum S. JOANNIS Apoſtoli, in templo illi dicato, in quo præter manna nihil inveniebatur.

De tumulo DEIPARÆ Virginis memorat Damascenus, cum præſentibus Apoſtoliſ, aliſque viris religioſis apertus fuiſſet, corpore non invento, lintea dumtaxat ſepulchralia, & flores repertos non ſine omnium admiratione: & odorem gratiſſimum emanari. Et hæc quomodo non flores poſt ſerelinqueret, quæ ſtrem illum, de quo Iſaias vaticinatus fuerat, quod ex radice Jeſſæ aſcenderet; in mundum prodiret: Hæc ipſa quoque plantationi roſæ in Hiericho comparata.

VISIONES OSTENSÆ.

Cum parentes B. AGNETIS aſſidue ad illius ſepulchrum vigilarent, nocte quadam choro virginum comitata apparuit, coſque aſſata eſt: Ne parentes mortuam luceatis, nam una cum his virginibus vivo apud illum in caelis, quem in terris tota mente dilexi.

Aliquot annis poſt, CONSTANTIA Conſtantini Imp. F. nondum ſide imbuta, ad idem ſepulchrum obdormiſſens, cum inſanabili ulcere torqueretur, audire ſibi viſa eſt hanc vocem: Conſtanter age Conſtantia. Crede in Chriſtum Jeſum, & te ſalvum faciet. Itaque ſanata, baptiſmi ſacramentum ſuſcepit. Breviar. Roman. 28. Januarii.

Sequeſtratio.

REI, VBL PERSONÆ.

Vide in Loco de ASYLO.